



1348

UMSF

UMSF

HOC IN VOLVMINE HAEC
CONTINENTVR.

ARTIFICIALIS

MEDICATIO, CONSTANS PARAPHRA-

si in Galeni Librum de Artis Medicæ Con-
stitutione, Autore Christophoro
Heyll, Medico.

Methodi cognoscendorum tam Particularium,
quàm Vniuersalium morborum. &c. Autore
Bertrutio Bononiensi.

De Idoneo Auxiliorū usu, quædam ex Ioanne
de Sancto Amando.

Index in Mesuæi & Nicolai Antidotaria.

MOGVNT. AN. M. D.

XXXIII.

1534

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

704
28

8711

58.200



UMSF

BARNIMO DEI

GRATIA, ET PHILIPPO EX FRA/
tre Nepoti, præclarissimis Stetinenſium, Po/
meraniæ, Caſſuborum, Sclauorum, Rhu
giæ, & Gutzgoæ Principibus, Chri
ſtophorus Heyll Vuisbadenſis
artium & Medicinæ do
ctor, S. P. D.



F RANCISCVS PETRAR /
cha Principes Illuſtriſſimi, ultus
aliquando eſt Medici obiurga /
torem æditis quatuor libris, quē
ſi haberemus noſtra tempeſta /
te, quid erat quæſo facturus ple
riſq; non Medicorum, ſed ipſi /
us Medicinæ artis illuſtriſſimę,
contemptoribus, corruptoribus, & perditoribus: quo /
rum improbitate in eum locū res cogitur, ut neſcias Me /
dicinam eſſe artem, neſcias quīs Medicinam uere profi /
teatur: dum ſeſe tot iſti ſcilicet Phormiones, inepto ali /
quo experimentulo quiſq;, pro Medicis ubiq; uenditāt.
Nanc; ut de fugitiuis Monachis, Iudæis, Pharmacopo /
lis, tonforibus, uetulīs, theriacarijs, & neſcio quo non ma
lo adhuc genio taceam, uel ipſi carnifices (ut eſt infania)

Medicam artem profitentur. Quæ me indignitas celeberrimi Principes cōmouit, ut de Artificiali curatione qualemcunque hunc librum cōponere, & Gratijs uestris illustrissimis dedicare uellem, quarū denique auspicio, quod faustum, fortunatum, felixq; sit, in publicum exiret. At inscriptus est Medicatio Artificialis, quòd arte curaturus esse nemo uideatur, qui uel hæc, uel horum similia ex Autoribus alijs infeliciter ignorarit: Sunt enim præter iam dictos Nacas & alij quàm plurimi, qui nulla arte in Medicinam artificiosissimam se inique, & illotis, ut aiunt, pedibus audent ingerere, facereq; scelestè adeò, ut ars alioqui princeps, infra omneis infimas iudicetur. Quam opinionem auget, Hippocrate autore, plærorumq; omnium de ueneficis illis per uersa iudicatio, qua non raro Medici nomine censetur, ut Poëta Homerus inquit,

δυσέποτ' ὑπολήμω ἀαρίθμιος, οὐδ' ἐνὶ βελῆ.

Quod uitio datum ijs potissimum est, qui ad huiusmodi lucubrationes me perpulerunt *ἐκόντα*, quod dici solet, *ἄικοντί γε θυμῶ*: Tametsi quoniam uestris Celsitudinibus erant clarissimi Principes nuncupandæ, haud unquam potuerint esse uel graues satis, uel molestæ. Atqui constat Paraphrasi in Galenum de Constitutione artis Medicæ à me confecta, in cuius fine morbos & Symptomata naturæ Auxiliorum tamē attribuimus propter Therapeuticen, licet notitiæ corporis esse peculiariter uiderentur. Duobus nancq; ceu capitibus totā Paraphrasin eam com
prehen/

prehendimus, additis insuper Præfatione, & Epilogo. Methodis cognoscendorum tam particularium, quàm uniuersalium morborum, ex Bertrutiij cuiusdam Bononiensis libro. Et quibusdã (quæ tertia pars est) ad Auxiliorum usum idoneum magnifice accommodatis, quæq; nostris usibus inseruire peculiariter credebã ideo, quæ digestionem, purgationem, & partium confortationem (hoc enim modo cõscripta sunt à Ioãne de Sancto Amando) naturæ consulere uiderentur insigniter. Verum hæc omnia simul eo consilio perscripsi, ut ostenderem cum Galenicis à studiosissimo quòque Medico debere coniungi practica: ipsius nimirum Galeni exemplo, qui artem suã cum sui, & priorum temporum Practicis studiosissime copulauit: atq; eadem ne quis suggillet, interim mea nominabuntur. Valete Principes clementissimi. Stolpio ex Celsitudinum uestrarum opido uel inde celebri, quòd et Aulis & terris uestris eruditos uiros dederit non pauciores, quàm Oratores quondam Isocratis schola. Id quod probant haud obscure Suoueni, Vuobeseri, atq; Clemptzi perliberales illi Musarum à secretis: Duodecimo Kælendas Maias, Anno à Natali IESV CHRISTI Domini M. D. XXXIII.

UMSF

PARAPHRASIS

IN GALENI LIBRVM DE MEDICAE ARTIS
CONSTITVTIONE, AVTORE CHRISTO-
PHORO HEYLL, MEDICO.

PRAEFATIO.



DIVINE affectus es omnino suavissime Patrophile, quòd omnia cupis Demonstratione scire ac Methodo. Quòd spectat quòd animo egregie liberali, iubes rationū quas à me audiuisti, praesertim uero qua adhuc parte incertus es, tibi commentarios ac monumenta perscribere, ad quæ confugas, et quæ tecū sis ueluti mutos magistros habiturus. Qua in re quomodo committam obsecro, ut te sinam laborare, nec uoluntati tuæ morem geram, quum uix quæ ad ueritatem te perducatur inuenisse principium uideare, & consequi solus non possis propter arduitatem eius, longitudinem, & asperitatem. Maxime cum uideam quàm plurimos ne rogatos quidem accedere, malle autem delitijs, otio, crapula, ludo, aut postremo turpi aliquo uitio ætatem, & bonas horas perdere: Aut esse ineptos practiçantes, si dijs placet, σφρασιδὸν ἄχαρῶ κομῆτας, nisi putemus sordidos σκατοφάρδεις. Quo numero an haberi possint, qui numulis, quibus percussam plebeculam locis pestilentibus emunxere, intumescunt (sunt enim non raro qui uno aliquo experimento sub id tempus iure, quoq; iniuria argentum corradunt) ipsi uiderint. Equidem huc referendos plane arbitror, qui priusquàm in medica arte satis discipuli esse cœperint, suam existimant hanc, & profitentur. Neq; enim digni sunt satis de quibus meminerim, qui præterquam quòd literas uel penitus igno

rant, uel à limine uix salutarunt, uulgo se uenditant, & Medicinæ usum pollicētur, artis qua nihil à dijs immortalibus homini dari potuit unquam uel sublimius, uel utilius, & ad do, familiarius. Qui nanq; sublimitatē eius spectet, regibus hæc imperat solum: quamobrem constitutione ueterum, & eorum optimorum decretum est, ne minus obtemperet uel optimus quisq; ægrotus Medico, quàm si ipsius sit seruus: Atqui cogitet hic se Medici esse seruū. Utilitatē spectas autē nullus est usquam locus, quo Medicina usui esse nō possit. Domi utilissima est, belli nihil æquē necessarium: Et quantumuis sileant inter arma leges, nostra hæc quantocunque precio expetitur. Si familiaritatem in ea quis obseruat, unā gaudet hæc sola, gaudet unā semper adeò. Nec mœret simul hæc, sed erigit ac consolatur. Cuius demum beneficium uere est.

ἰατρὸς τοὶ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάρξιος ἀλλω.

Isti uero, ut uel indignos commemorem, nescias quanto supercilio ingressi omnium morborum indubie sanationem promittunt. At audis ipsos, unum aliquod medicamentū habent, omnibus ueterum Polychrestis multo præstantius: quippe quod plures adhuc usus præstet, quàm Delphicus quondam gladius. Nec mirabere si eos contrarios, quando quidem simplicibus medicinis, credo, omnibus contrariæ qualitates insunt. Ac, ne expectes quæ illa demum sint commoda, uterum uel præclusissimum conceptui præparat inquam, ne quamuis parum uiro unquam frustra subijcias. Et, siquidē contrarios effectus habet, uteros fœcundos præcludet idem medicamentum, ut practicandī commoditas illis nunquam deficiat, quæ ijs incommoditas accideret perhercle, si unico tantum effectu esset. At penè præterieram Polychrestian eius, Epilentiam horum nihil æquē medicatur, indicta, ac nulla interim obseruata causa, Paraly sin & apoplexian unigē curat scilicet. Verum hisce pollicitationibus

bus cauent sic perpulchre, quòd pluribus dicant postea con-
tulisse, nec deos esse se qui audeant certum ex eo successum
polliceri, tametsi effectum haud dubium principio sunt pol-
liciti. Ea porro conditione, & pretio, satis magno, diuen-
dunt quidem, ut instituti eos pœnitere non possit utrocūq;
modo res cadat. Nimirum, hoc ipsos solū expetere ut pre-
cio certo medicamentum persoluator primo, ac si euenerit
expectatus conceptus, aut quicquid promiserunt, tum de-
mum arti, & studio circa patientem, idoneum offeratur do-
narium: sin effectus quem efflagitarunt consecutus non sit,
nihil cedat præterea. Qua conditione scio Iudæum quendā
conuuluuli (quam herbam intelligere ligustrum falso apud
Vergilium solebamus) modicum quatuor florenis uendi-
disse. Hi sunt uero qui febrim quartanam ludēdo etiā discu-
tiunt. Aquam inter cutem aspectu tantum, me hercule, cu-
piunt propulsare, neq; audiunt has illi nœnias.

Soluere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Siquidem à uena sciatica, quam credo nusquam in corpore
apparere, cum ex nomine suo sit umbrosa, sanguinem extra-
hant, ut unguento solum unico illinant pedem, & sinant pa-
zientes quo libet postea exilire. Sed unguentum hoc præter
se nemo habet, & est, ut effectum probatū iam uides, quo nul-
lum sol melius uidit. Quid multa dicam, gloriantur se posse
tantum secure, cito, & suauiter, ut quidam iudicat, medi-
cari. Quæ non eo uitupero, quòd displiceat mihi, quæ à
uiris optimis inuenta recte medicamenta sunt, aliquem
experiri. Hoc autem ab omnibus contendo, ne tentent
quicquam, nisi rectam rationem experimenta consequan-
tur. Potissimum, ut feces istæ hominum à re tam sancta
penitus abstineantur. Et in hoc iubeo omnibus tam in ani-
mo, quàm in ore esse semper quod alibi docuimus, Nullum
experimentum egregie uel inuētum esse, uel successisse un-

quã quod optima ratio nõ præostenderit. Nec ullius in uniuersum autoritati tãtũ tribuimus, ut de medicamẽto aliquo promissioni credamus, antequam ex singulorum eius simplicium obseruatione idem compererimus, ipso deniq; experimento eundem effectũ deprehenderimus. Ob id Phormionum huiusmodi audacia me cogit Theophrasti cuiusdam quem huius monetæ hominum facile principẽ dicas, meminisse, qui ciuitatibus non paucis insigniter imposuit suo quodam, ut ipse referebat, Laudano. Hunc autem cum quodam in loco summis & honore, & præmio ciuitas esset profecuta, quod homo indoctus, & minime bonus subito graueis affectus consopisset, indigna scilicet estimatione uti diu non potuit: quod hoc hominum genus, prouidentia quadam, peculiare habet: ut felicitate abusus ea innotuerit, ne posset diutius & plures circumscribere, tametsi uel hoc quicquid est nimium is fecerit. Quodq; confessus erat, non ita multo post designauit, nimirum anno amplius nõ posse aliquo loco durare suas artes. Proinde inuectus est in Hippocratem, & alios quicumq; in Arte Medica summi unquã fuerũt. Quos, inquit Hippocrates mihi narratis, quos uero alios? quas eorum rationes, aut Methodos obgannitis? En tibi Laudanum reuera Panaceum, nostrum uero Laudanum. Somnium est quod istorum pharmaca pollicentur, at logi sunt quę de Medicamentis suis isti prædicant, nostrum Laudanum (nescio loram habuerit an lardum, an quicquã quod magis adhuc contaminaret: neq; enim erat Ladanum quo docti Medici utuntur) morbis uniuersis sufficere unum potest. Quo modo cum debacchatus esset plus fatis, inuentus est Narcotico medicamento quàm plurimos iugulare, quos à sumpto medicamento proximus fermè annus Apoplexia confecit: sicut accidisse & Ioanni Frobenio dicitur, uiro longiori uita dignissimo. Sed uis scire quomodo hanc Theophrasti stultitiam liberales quidam iuuenes uli sint, ac ludi-

ac ludificati? Cū in diuos illos Medicinę heroas stultus homo tantopere debaccharetur, nec finem faceret laceſſendi, uel manes optimorum uirorum, inuenti ſunt qui pro ſua in præceptores emortuos pietate, manes ipſorum in hunc modum expiarēt. Verſiculos nomine Hippocratis, & aliorum conſcriptos, die quodam feſtiuiſſimo pro templorum foribus agglutinant (quo luſu intīmus quidam noſter tam captus eſt, ut ſatis graue frigus pertulerit, dum uerſiculos eos ac neſcio an ſiniſtra manu exſcriberet, & templis affigeret) ne homo tam laudatus pro ſuis uirtutibus non ornetur. At uide num ad iocum hunc in primis faciat, quod Theophrastus, ut eſt pietas, ad ſummam ædem mane admodum perproperat, ac uidet iſperato laudes ſuas pro foribus affixas, quas uero ꝑ manibus Hippocratis uideri, ſe eſſe indigniorē ſubulcum, quàm ut uelint ab eo, opinor, matulam recipere. Laudemq; hanc ſuam ille arripit, feſtinat ad magiſtratū, neminē accuſat: haud enim reſertus eſt, qui uellet ioci eius autor eſſe. Cui Patres iubent rei autorem inquirere, ac producere, quem ſi nullum inueniat, ſemetipſum poſſe, laruam arbitror, cum mortuis quos laceſſerit depugnare, quandoquidem ipſi haud poſſint animaduertere in ignotum. Poſtremo uir bonus uix elabitur ſuperſtes, ne dignum factis exitium Dñ addāt. Quis autem Theſſalus queſo eſt, quem hic Theophrastus ſtultitia, & improbitate non ſuperauit? Ille ſex menſibus tamē omnem Medicinam docturus erat, at hic nebulo paucis horis, quibus ſuum Laudanum confeſſet. Ceterum Theophrastus hic tam diuinē mihi locutus eſt, ut aſinos multos uel indoctos, uel Amethodos ferme alios præterierim. Quotus enim quiſq; eſt qui laborat ſcire, an conſtet arte res Medica, dum obiter ea tantum peruiſit, quæ à uiris non malis quidem (qui practici hodie nominantur) ſatis cum labore conſcripta ſunt, pleræq; etiam non illiberaliter, haud cogitans hoc ſolum iſs curæ fuiſſe, ut quæ

aurei fluminis instar beate nos multis uoluminibus effudit :
 mus, ipsi compendijs in publicum commodum quisque
 prosequerentur. Quos ob id tanto infelicius unusquisq; le-
 cturus est, quanto minus est liberaliter in campis nostris sa-
 ginatus, nostris inquam Demonstratione ac Methodo edu-
 ctus. Quod enim nos potissimum laboramus, est, ne præter-
 itis tam sanctæ scientiæ fundamentis, & in ipsdē diuturna
 exercitatione, se quisquā ingerat in sacrosancta Medicinæ
 practica, quandoquidē nō est coriū, aut lapis quod ipsa sub-
 iectū exercet, sed hominis corpus. Nō ignorat aut quisquā
 hæc. Cum semel occideris, & de te splendida Minos
 Fecerit arbitria, Non Torquate genus, non te facundia,
 non te Restituet pietas.

Quo minus in homine fieri periculum potest impune, si-
 cut in Aphorismos Hippocratis alicubi tradidimus. Edici-
 mus ergo ne Medici nomine se dignum existimet, quisquis
 ignorat, quomodo ex elementis, igne, aëre, aqua, & terra,
 uel eorum qualitatibus (nam in paruo discrimine ponitur)
 coniunctis inuicem, & confusis per totū, corporis nostri si-
 milares partes, quæ sensibilia eius elemēta uocaueris, gene-
 rentur: Necnon per singulas ingressus uidit, quo tempera-
 mento sit quælibet ipsarum, nempe os, caro, & quæcunque
 aliæ inferius tradentur. At cognorit & partes instrumenta-
 leis. in ipsq;, qua sint constructione uiderit, tum & qua ma-
 gnitudine, formatione, & numero partium: hoc genus sunt
 pes, secur, pulmo, & aliæ quæ infra referentur. Neq; satis ef-
 se credat morborum genera, & differentias cognouisse, sed
 propius adhibitus exploret, quomodo, & quæ per singu-
 las parteis fiant mala, quibusq; notis declarentur. Quin-
 etiam quæ sanabilia sunt, quibus modis possint emenda-
 ri: ut, quæ sanari non possunt, magna cum laude pronosti-
 cis relinquuntur. Atq; hic demum erat modus scientiæ, sani
 & ægroti corporis, non tantum secundum formam, sed to-
 tam

tam substantiam quæ conflata ex utroq; est, forma scilicet, & quæ hanc suscipit, materia. At nec oportunum auxiliorum usum ignorabit, unà cum natura auxiliorum. Duobus enim, eeu capitibus, uniuersam Medicinam esse comprehensam, hoc libro paramus declarare: ueluti, Notitia corporum, quibus adhibetur auxilia: & Natura auxiliorum. Quo minus sunt ferendi, qui curationem circa solum aliquod membrum profitentur, quales non pauci ubiuis reperiuntur. Sunt enim qui dentium, aurium, aut ani se medicos tantum exhibeant. Quoniam ocularium Medicorum nomen iam olim inoleuit. Absurdum esse autem non uidetur, si oculorum aliquis tantum Medicus est, ut & dentium esse aliquem sinas, & cuilibet corporis parti proprium dedices: quin & plures facias Medicos, quàm in corpore partes sunt, si morbis singulis sui attribuantur Medici, fiantq; herniæ incisores alij, ab ijs qui calculos excidunt. Veruntamen præter enumeratas iam Medicinæ pestes, grauissimam scilicet dabimus, quod qui summis præterque Medici habentur, ad ueritatis inquisitionem nullus animum penitus adijciat: sed uel opibus tantum inuigilet, uel adspiret ad honores: quod enim id prætereant, quos rei domesticæ cura magis cogit ad practica, id est Medicinæ usum operam dare, quis ægre ferat? Plarique autem delitijs, mollicie, aut ludis, atq; optarim, ne magna pars etiam uirijis artem sanctissimam contaminaret. Quæ uero calamitas artis eiusdem superest, quàm equidẽ summam iudico? quænam obsecro? Quod non parum multos inuenias, quorum erroris (ferè insaniam dicas) uitio Medicina pessime audiat, propterea quod artis huius gloria insignes ipsi, non solum eius ueritatem non affectentur, non theoremata eius Methodo excutiant, sed plane derideant omnes qui id amant, & consequuntur. Nam à potioribus, & cupediarijs, qui artem hanc sibi usurpant, quis exigat Methodum? quandoquidem neque in conuiuijs suis, quibus maximam temporis partem

terūt, neq; aliās usquam, ut ueteres illi, musica, & liberaliis disceptationes admittūt, sed quicquid illiberalissimum est, & foedilissimum consecrantur, ad hoc à musis, atq; gratijs homines alienissimi. Apud quos optimus est, qui potat infamissime, qui capacissimos potest, & frequētissimos cyathos exhaurire, quemq; mane adhuc ebrium inuenias exhalantem, & ructantem hesternam crapulam haud foedius, quàm si modo potarit. Sed quibus pœna, non adeò uulgaris, ob id parata sit. Vetus est enim apud eruditos Medicos, ut dictis suis non minus tribuant, & obtemperent ægrotantes, quàm oraculo, & Medicorum sint modo non serui. A qua libertate, & obseruantia, merito isti immunes sunt: quoniã ut mali sunt, ita Medici indigni iudicantur, quibus se committat uir prudens, cum mores eorum cognorit. Atqui inuis indicationibus morbi serua hæc pecora patientis libidini indulgeãt frigidam, balneas, aut è gelida: quippe qui denegare id non possint inartificiosi, neq; audeant (si quando in aulis sunt) serui. Ad quamuis intemperantiam ij Tyrannis suis præsto sunt, & quod turpissimum duco, inuitatione ad flagitia non ita ferenda, dominorum suorum beneuolentiã sæpius captant. Quod enim assentatione agat pars magna, leuius iudico: atq; opinor nihil pudere, dū ob rem. Sed Dij tantam auertite pestem, nam bonus uir mallet honeste pau per uiuere, si prouisum eruditioni melius non esset, quæ certissimum ubiq; uectigal erit, quàm ita rem parare cum summo probro. Huc autem erroris agit imperitos illos, atque miseros, ignorantia, quum docti, summis & honoribus, & muneribus nusqu: in gentium non excipiantur, exspectantur, & ut optimis uiris dignum est, sanctissime colantur, & obseruentur. Pro bent autem, artem ali in quauis terra, & literas, immortale hoc hominum, & unicum donum, esse (ut quidam Poëta scripsit) miseris uiatica cœnis, idq; in uniuerso mundo. Et sicut per illos Theophrastos stat, ut artium omnium

omnium princeps Medicina pessime audiat, per hos ita fiet merito, ut rerum omnium regina salutetur. De illis conquestus est Hippocrates noster, de lege, in hunc modum: Ars Medica artium omnium facile princeps est, sed quæ ignorantia eorum qui ipsa utuntur, & pueritate male iudicantium de ijs ipsis, infra omnes infimas habeatur. Id quod, ut ego arbitror, corrigi poterat, si de his recte iudicaretur, nimirum non esse eos quidem Medicos, sed Theriacarios, impostores, & homines malos. Quod potissimum cogitarēt, qui propter suos Theophrastos uniuerso medico nomini illudunt, ac Medicum esse futurum aiunt, si quis ineptius sese gerit. Scirentq; in hoc se peccare, quòd genere utantur pro specie. Dicerent enim suum esse Medicum futurum, id est, qualem ipsorum fert Resp. quæ, ut est stultitia, summum & sanctum hoc munus abiectis fortasse hominibus cõmittit. Neq; obliuiscerētur, τιν' οτον εἶναι ἕκασον οἷων ἐστὶν αἰσυνῶν: & quales sunt in rep. principes, tales esse solere & reliquos ciues, ut Plato censuit. Quod si facerent, haud lacefferent adeò in conuiujs, amici alioqui uiri, studiosos homines ante multis calamitatibus, & ærumnis prægrauatos. Sed cogito ταύτη δὲ οὐκ ἐξίεχεται λόγος. Tu itaq; beatissimus es ò Patrophile, qui ab istis hominum fecibus non modo non seducare, sed ultro etiam accēdaris ad ueritatis amorem, & doctrinæ circa Medicinā, quæ Cimmericæ istæ sues ne per somniū quidem opinari possunt, nedum sperare, aut consequi. Proinde dum ueritatem isti exhorrent, & auersantur, tu, ut optimo es animo, acerrime affectaris. Dū isti ujs ineptis diuerse Medicinæ scientiam quærunt, dum quærunt unde parari non potest, ipse ubi solum est quæritas, inuenturus maximo cum emolumento. Quæritas uero circa Methodum ac Demonstrationem, præter quam nulla penitus inueniendæ ueritatis ratio est ulla in re. At ueritatem hanc nocte, & die quæsitam multis sudoribus, conspicare fastigio rerum expo

Itā deniq̄, ac sublimis aspectas amator eius fidissimus, nec
 ad eam ingredi dubites si per te staret. cum uideas autem si-
 ne auspicio id fieri non posse, ducem quæris qui cum quod
 tuis uiribus aliquanto maius est, expugnes. Ego uero, cum
 te incredibili ardore in ueritatis circa Medicam hanc artem
 inuentionem rapī paulo ante ob gustum modicum uiderim
 quid admirationis sperem futurum esse, ac desiderij, si post-
 quam illuxit lumen eius, & splendor, uim atq̄ substantiam
 bonorum eorum multo maiorem uideas, quā tuo potue-
 ris unquam animo cōcipere, quāmq̄ ullo pacto sperare po-
 tueris. Habent enim Natura hoc sibi res optimæ, ut, quan-
 to propius accedis, quāto inspicis penitius, tanto maiorem
 de ipsis admirationem sis concepturus. Quippe,
 Res bona, quod Natura parat, te si propius stes
 Et capiet magis, atq̄ minus si longius abstes.
 Haud amat obscurum, cupit ut sub luce uideri,
 Iudicis argutum quod non formidat acumen.
 Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.
 Cæterum te uideo, mi Patrophile, ad ueritatis inuentionem
 habere peculiarem quandam Mincruam, quapropter si ani-
 mum huc intenderis, ut & quocunq̄ aliō, nihil hercle erit,
 quod te possit effugere. Cuius mihi argumentum certissimū
 est, quod aures te ais quā plurimis accommodasse, qui ar-
 tis Medicæ cognitione te auerēt, at nunquam quenquam
 audiuisse, q̄ uel unico uerbo meminerit unde, uel quod res
 ea Methodo esset, & Demonstratione incipienda, nedū tra-
 ctanda, & absoluenda. Quo minus tuorum præceptorum
 quenquam sperare potuisse, quod aut quomodo ad finem
 usq̄ à principio ars ea constitueretur. Quo tu beatior es au-
 tem, cui demonstrationem hanc nosse contingat, quam ut
 optima est, sat scio, ita summe & admirabere, & per totā uī-
 ram tuam sequere sedulo, quā primū cognoueris. Ut præ-
 terea te id eo magis esse facturum, quod præter hanc nul-

Ita sit penitus ars, qua cognosci ac sciri quippiam uere possit, quodque nemo sit hodie alius, qui uti sciat eius artificio. Quo accedit ingens tum existimatio, tum uero utilitas, quam inde es professionis gratia habiturus. Quid enim aestimatus eo esse potest, quod genus mortalium in summis suis afflictionibus delinuat solum, & consoletur? Maiorem ergo, & cumulationem prouentum parare nobis res nulla potest, nam prope dixerim, sola haec rerum beatitudine uiros exornat, auget honoribus summis, ac coniunctissimos parat amicos. Atque heus tu, ex erudita practica est quod, ut isti aiunt, altis equis euehamur: ex hac uero caballus Medico,

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
 Verum ut optimam hanc & immortalem artem sine demonstratione ac Methodo quis consequatur, negant omnes rationes: & optimus ac doctissimus quisque non Medicus solum, sed uir etiam testabitur. Medici enim non plane mali exploratum habent, oportere ad quemlibet affectum sanandum de integro Medicinae fieri discipulum, si quis constitutionem, id est, Methodum huius artis non calleat memoriter, eandemque summa cum diligentia diutissime non exercuerit. Quandoquidem qui hoc modo non instructus ad morborum sanationem exit, circa singulos affectus necessario haerebit, fietque ad leuissimam quamque aegritudinem rursus Medicinae tyrunculus magno cum sudore, ac non raro ignominia. Cum uero ars nulla percipiatur absque Magistro, & aliqua exercitatione, usum & diuturnum tanta haec Methodus, & diligentissimum requireret praecceptorem in primis, qui cumque optimus est. Proinde qui habere praecceptorem poterit, huic quamoptime consultum est, quem qui habere non potest, ex nostris libris cum alijs, tum hac artis Medicae constitutione Methodum tamen abunde consequetur. De qua re scripsimus in libro primo uirium alimentorum: Solam traditionem quae fit per declarationem, & institutionem facere.

artifices, quamobrem uideri nobis rectissime dictum, quod optima sit doctrina, quæ fit per uiuam uocem: Cum ex libro, nec gubernator aliquis commode fiat, nec in alia aliqua arte peritus, ac libri sint commentarij solum, & monumenta, quæ nobis reuocent in memoriam ea, quæ sumus à magistris eruditi, non etiam erudiant nos plene de ijs, quæ antea penitus ignoramus. Attamen, si quibus denegati præceptores sunt, se in libris quæ arte, & demonstratione cōscripti sunt, ut esse nostros speramus, exerceant etiam atq; etiā, dispeream si non magnifice adiuuabuntur. Verum, ut dixi, non cessabunt in iisdem se, etiam atq; etiam diutissime exercere. Quod tibi Patrophile potissimum dico, cui cum ostendisses aliter multo te institutum esse, quàm ut uiam quandā à principio usq; ad finem perdisceres apertam, & breuem, pollicitus sum demonstrare omnia, si in alijs artibus rationem præexercueris. Cuiusq; gratia cum non solū non auertereris, atq; negligeres rem, sed uel acrius incenderere, aspiraresq; impēsius ad promissam Methodon, imò diceres nullam te penitus operam recusare, dummodo pollicerer tibi Methodum hanc demonstrationibus esse ostendendā. Pollicitus adhuc uero magis, quæstione quadam exercui tecum eius specimen, unde scires non ita difficulter inueniri, ac probari Medicinam esse artem effectiuam: quippe quæ restitueret in integrum, quæ in humano corpore à natura sua discesserunt. Sciresq; si qua negatum id est, quatenus aded, & nunquid fieri possit. Quo instituto cum rei ueritatem spectares, gauisus es unice. Posteaquam uero nō dissimiles propositiones alias, non parum multas quidem, deinceps itidē tractarem (præcipue effectiuas, huius enim generis Medicina est, cum sanitatem efficiat) & tu, pertractatis omnibus, uideres non ouum ouo magis esse similem, quàm exemplorum tractatorum omnes Methodos, rogasti ut de omnibus ijs tibi commentarios conscriberem, ad quos, si quid è memoria

moriam excidisset, confugeret. Gratulatus equidem tibi dexteritatem hanc, & circa ueritatem studium, duo uolumina composui, in quorum priori, quem propter magnitudinem in duos libros diuisi, traditum est in quo se præexercere oporteat, qui in arte aliqua cupit euadere opifex: De quo præsci Philosophi docuerunt, Artis cuiuslibet constitutionem fieri à Notione finis. In altero, is est quem nunc incipimus, demonstratur, eadem Methodo constitui artem Medicinam, qua reliquas artes omnes. Quæ scilicet à finis Notione, tanquam uniuersæ ratiocinationis sede, ingressa, demonstret ex quibus, & quot principijs, & per quas uias ars Medica fiat. Quod Methodum inuentionis ostendere est, & quomodo fini artis copuletur. Idque tractare iam nunc ingrediar.

NOTITIA CORPORIS CUI AV-
xilia afferuntur.



Ognouisti ex superiori uolumine, quam, mi Patrophile, dictum sit prudenter à ueteribus Philosophis, pariter autem & optimis, Cuiuslibet artis constitutionem fieri à Notione finis.

Cum uero Medicina non solum ars sit, sed ea optima, quippe quæ absque omnium aliarum artium mediocri cognitione perfecta non sit, ac humanarum rerum omnium quodammodo notitiam requirat, quid fiet rectius, quam si à finis Notione hanc ipsam constituamus. Atqui huc faciet supra modum artium diuisionis cognitio, quæ sic habet:

Artes omnes quatuor generibus continentur:

Nam aliæ sunt positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, quales sunt Arithmetica, Astronomia, & Philosophia, nullum exigentes actum, sed ipso rei, cuius studium habent intellectu contentæ, quæ *θεωρητικὰ* uocantur.

tur. Alię in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actum operis relinquit: quę *πρακτικῶν* dicuntur: quo numero sunt ars culinaria, Coriaria, & Saltatio.

Alię in effectu, quę operis quod oculis subicit, consumptione finem accipiunt, quam *πρωτικῶν* appellamus, id est Effectiuā: qualis est Architectura, Pictura, & ars Fabrilis.

Quarti generis sunt quę operis nihil efficiunt, sed in hoc studium habent ut uenentur, atq; capiant nonnihil: sicut est Aucupium, Piscatio, Venatio, & quarumcunq; studium in captura est. Certum est autem nobis Medicinæ artem constituere, ut iudicandum sit cui artium generi hæc debeatur, Speculatione, an actiuo, effectiuo, an acquisitiuo. Id quod inuenire tibi non est operosum, qui de eo iamdiu interrogatus, respondisti, uideri tibi finem eius esse acquisitionem sanitatis, cū tota in hoc consistat, ut qui aliqua corporis parte cōtra naturā affecti sunt, ad naturā suā reducat, quæq; haud ignoret igitur, quæ restitui naturæ suæ, id est sanari possint, quæ non possint & in quibus opera ludatur. Quod constitui principium disputationi nostræ oportuit, unde sciretur unam ex artibus Effectiuis hanc ipsam esse: Quæ scilicet, finis Notio est. Neq; obscurum est Effectiuam esse, quæ, cum ab operatione cessat, nobis quoddam opus possit exhibere, ut, correctam intemperiem in particulis similaribus: Magnitudinem, formationem, numerum, aut partium positionem in instrumentalibus, solutionē cōtinuitatis in utrisq;. Huius aut nos artis constitutionē hic paramus, quæ ut in alijs artibus omnibus fit, ipsa quoq; procedit à finis Notiōe. Atqui ignorandum nō est, artis Effectiuæ complures esse species: Est enim fabricatio, & hæc non uno modo, est ars Calciaria Coriaria, quæ naues fabricat, Scriptura, & quęcunq; tribus alijs generibus non continentur. Quamobrem dispiciendū erat, cui nostram hanc potissimū comparemus: siq; ut uideatur, Architecturæ, quamobrem, nempe illa profus nō uno modo

modo habet. Quam igitur in superiori uolumine de alijs ar-
 tibus Methodum cognouisti, huc transferri uolo: neq; enim
 ignoras me commonuisse tum, quacumq; istic traderentur,
 huc tibi posse maiorem in modum conducere. Sicut & affir-
 mare satis potest, quod in omnibus idem tum principiu sit,
 tum fundamētum hoc scilicet, finis Notio. Quocirca à finis
 Notione artem quamuis constitui, perpetuum esto. Hanc
 uero quoniam, quo modo inuestiges, nondum ostēdimus,
 reliquum fuerit id porrò declarare. Cum alibi, tum uero in
 libro ad Glauconem docuimus, oportere Medicum ægro-
 tantis hominis naturam cognouisse, si uolet qualis, aut quā
 tus sit in laborante homine defectus liquido deprehendere.
 Quodq; cum fieri uulgo non possit quidem, eruditus Medi-
 cus in quouis genere naturarū se ita exercebit, ut ex quibus-
 dam ceu regulis, similium naturarum affectus & lapsus asse-
 quatur. Quo minus sunt amādi, qui illiberalē illā inspicien-
 di lotij morem uulgo commendarunt, quo (ut res in Augu-
 rium penē abijt) nullæ causæ, aut Symptomātū indicata ra-
 tione uulgus insanū morbi rationē postulat. Et ne sic quidē
 corrigitur, partim, ut opinor, ne cesset de aliquo admiratio,
 qui inde poterat à multitudine indoctor haberi, ac imperi-
 tior: partim quod lotiarj numuli nō ita suboleāt male. Quā
 odor lucri dulcis est ex re qualibet. Sed quod detestabilius
 esse hinc credas, quod indoctorū Medicorū autoritas plebe
 culæ spem fecerit, atq; fidē, uel incōperta laborantis hominis
 natura mali reperiūdi. Cū in prædicto libro, iuuenis cuiusdā
 febrētis exēplo, satis declarauimus affectū iā cōpertū urina
 dijudicari posse crescat an decrescat, in melius an deterius p-
 muteē. Quāobrē, ut ex cōsuetudine hoc nos mutemus, sciri
 debet, si amplius quicquā id possit, unā cū reliquis signis fa-
 cere ad morbi inuentionē. Reliquū est ut cōmonstreē, quo pa-
 cto finis Notio possit ab erudito, & liberali medico inueniri
 nihil em̄ mihi rei est cū planis illiberalib. q. Medicinā pfitēt.

Quomodo
 finis Notio
 inueniatur.

*Inuenitur si
nis Notio.*

Nouimus ad eò certis rationibus, quando sani ac integri sumus nos ipsi, nempe cum meliora omnia suum officium faciunt: nouimus autem, quando & alij homines ualeant. Neque ignoramus, quãdo nos morbus aliquis perturbet, quãdoq; alios homines: nemo enim, qui modo non caret penitus arte, Medicus id ignorabit. Quod cum sit, ac nostra Medicorum, intersit curare morbos, sanatiua quadã arte opus erit, quam hic paramus constituere. Ea autem quoniam in hoc comparatur, ut sanitatem nobis perficiat, haud dubium est quin Effectiuarum artium sit una. Quid ergo? enunciabimus: Medicinam esse artem Effectiuam. Non habet autem artes Effectiuæ omnes eodem modo, quoniam sunt quæ de integro quædam opera instituunt ac erigunt. Quædam corrigunt solum, quæ in operibus suæ fidei commisis, corrupta sunt. Id quod & nostræ Medicinæ officium est, quippe quæ corrigit, & emendet solum quæ in humano corpore, cuius operis ipsa curam gerit, corrupta sunt & uitiata. Tertio loco sunt, quæ (ut Textoria & Calciaria ars) noua opera moliantur. ueteramentariorum illa, opera antiquata, detrita atq; lacerata redintegrat & emendat; Nam uestes hæc laceratas, & detritos calceos resarcit, atq; emendat. Cui generi & fulloniam subijcimus, quæ solet antiquatas uestes expolire, utroq; tandẽ studio sunt insignes. In quo genere non ad eò postremas habet Architectura, quemadmodũ in priori libro copiose demonstrauimus. Arbitramurq; hanc ad nos proxime pertinere, ut ob eam rem plura simus de ea uerba facturi. Duplicem habet Architectura igitur operationem. Primo, domus quæ antea nulla fuit, extruccionem: Secundo, correctionem uitij, quod alicui eius parti acciderit, nam in domo utrunq; consideratur. Sed in posteriori hoc singularæ partes potissimum obseruantur, ita ut substantiam singularum, formationem, magnitudinis quantitatem, & numeri earum multitudinem ad unguẽ teneamus: & postremo, quomodo

quomodo sint constructę partes omnes, & ex qua materia. Cui Architecturę parti Medicinam esse similem, nulli cruidito Medico est obscurum, quapropter qui artem eam constituit, nosse hunc modis omnibus oportet operis sui, id est humani corporis, parteis uniuersas, nempe tam simplices, quàm compositas: & singularum substantiã, temperamentum, formationem, quantitatem, numerum, & adinuicem compositionem. Quemadmodum ergo qui perfectam iam domum cognoscere uolunt, resolutione & inspectione singularum partium sibi notitiã hanc comparant, nos ita ex Anatomia, id est corporis dissectione, quam Plato creditur omnium primum usurpasset, hoc totum cognoscimus, & exploramus. Deus enim & Natura (qui utilitatis & necessitatis gratia quam ea præstat, domum primo extruxit) præcognouit sic eam, ut postea nos ex resolutione, & inspectione iam dicta. Nos ergo homines, ij sumus, qui perfectam iam domum omnibus suis locis, & modis contemplamur. At hoc nisi, ut prædictũ est, fecerimus, alio enim modo fieri nõ potest, quidquam non fiet aliud, quàm ut spes nostra egregie nos fallat, atq; frustretur. Eodem uero modo corpus humanum inspiciendum omnino est Medicis, & enumerandę ac ediscendę suis circũstantijs omnes eius partes, si affectus in eo lapsusq; uoluerimus deprehendere: quis enim restituat quę à natura sua discesserunt, ipsa incognita? Quoniam, ut in domus exemplo permancamus, aliter nemo cognoscet utilitatis gratia comparatas esse parteis alias, alias ob nullã utilitatem: utrũq; enim fieri solet: alias ad malum aliquem usum. Quę res eo proderit, ut cognoscamus quę corpora constructa sint optime, quę non. Et quoniam ut cõstructio est, ita ex ea procedunt operationes. Quo fit ut bonam cõstructionem bonę operationes, uitiosam uitiosę & deprauatę operationes consequantur. Ex quibus omnibus colligimus uniuersam hanc corporis cognitionẽ in tribus con-

Cognitio
corporis in
trib. consistit
Particulæ
corporis.

sistere. Particularum omnium notitia, constructionis earumdem, ac tertio operationum cognitione. Partes autem omnes uel similes sunt, quæ & simplices dicuntur, uel instrumentales siue compositæ. Simples à quodam enumerantur decem, nos in eo genere habemus, obiter, os, fibras, membranam, ligamentum, panniculum, carnem, tam quæ musculorum est, & proprie caro nominatur, quam quæ in uisceribus à quodam *παρέρχυμα*, dicitur, cartilaginem, pinguedinem, neruum, tendonem, uenam, arteriam, intestinum, uentrem, uterum, uesicam, pilum, cutem, medullam & aliam, & cerebri medullam, quorum pleræque ex fibris constructa sunt. Quas uero si hæc ratione peruideris, dissecueris corpus totum (quod in utraque lingua, græce tamē Anatomia dicitur) & in unaquaque earum formationem, magnitudinem, numerum, & constructionem cognoris, non simulari modo, sed ipsa etiam instrumentali, quæ ex illis constant, tū plane fueris scientiā consecutus. Instrumentalia sunt autem inter cetera caput, cerebrum, oculus, auris, nasus, labrum, lingua, Epiglottis, pulmo, cor, iecur, lien, ren, testiculus, penis, articulus, musculus, manus magna, cuius partes sunt brachium, cubitus, brachiale, digiti: Pes magnus, qui habet femur, femur, coxam, genu, suram, malleolum, calcem, plantam, digitos, quorum pleræque non solum ex partibus similibus constant, sed & musculis, & articulis. Ut uero partes ipsæ duplices sunt, ita duplices earum operationes inueniuntur. Simplicium quidem alia, alia autem compositarum. Id quod uideri liquidò potest in motu cruris, ubi præter uniuersalem pedis motum, cuiusque obliqui musculi proprium quendam motum uidemus, potissimum & euidentissime, si aliquo eiusmodi musculo inciso crus dimoueatur. Nam tū plane conspicitur cruris motum sibi in hoc non consistere, quod in contrariam partem quam incisus est musculus cruris flexio discedat. Haud aliter uero, si neruus qui in musculum demittitur incisus fuerit, ipsum musculum postea neque

Operatio-
nes partium.

sentire, neq̄ moueri certū est. Quinetiā articulū quē per eundem neruum moturus erat musculus, nō uulgariter offendi uideas. Vt, dum ars hæc constituitur, non opus solū nobis sit parteis singulas, & earū constructiones scire, sed insuper omneis partiū operationes. Atq̄ hoc unū est ex tribus, per quæ Medicus differt ab Architecto. Nā Medicus suū opus ipse nō constituit, sed parteis tantū in eo læsas emendat. Architectus etiā opus suū ipse præparat. Medicus ad hoc in singulis partibus actiones obseruat, Architectus, quia opus in animatum curat, nō itē. Tandē dispicit Medicus, an haberi semper materia possit, unde parteis quę in humano corpore sunt uitiatę, aut amissę, restituat. Qua in re, uix aliqua penuria laborat alter ille artifex. Quippe membra quę ex cibo assidue cōparant, amissa restitui possunt, cū ex qua primo formata sunt nunq̄ deficiat materia. Quę ex semine in ipsa usq̄ generatiōe formata sunt, nā postea id desiderat, amissa nunquā restituas. Quo em̄ alioqui hoc spectat, deficiente causa deficit effectus. Non ignoramus ergo, particularū operationes esse à medico quoq̄ obseruandas, & inquirendas. Sed quę inquisitio duplicē habeat in primis cognitionē, operationis uidelicet ipsius quandā, & partis alterā cuius est operatio. Operationis (nā in prōptu sunt exēpla) ut ratiocinationis, æstimationis, & memorię: Partis ueluti cerebri, & spinalis medullę, quā à posteriori cerebro, unde orit̄, non distingui mus. Omnīū itaq̄ operationū quas nouimus parteis inquiremus, & partiū omnīū operationes. Cōstat aut̄ plane Methodo quadā & hæc inquisitio, de qua post paulū referemus plenius, nūc qđ paulo ante dictū est de particula, & opatione duplicib. aliquātisp̄ disceptaturi, hinc sumpto initio. Cruris uniuersi opatio incessus est. Fit aut̄ p̄mutata uicissim extēsiōe, & reflexiōe articularū, quos in se crus totū cōplectit̄. Nimirū anterioribus in genu musculis (qui rotulā transcendant, & supra montem in os tibię inseruntur) tibiam trahen

Medicus et architectus differunt.

tibus, fit cruris extensio : Internis contra agentibus fit eius inflexio. Qua ratione fit motus quoque pedis, & in coxa, cum articulatio eorum extenditur, uel reflectitur. Sicque neruum interspersum est musculo eximas, colligi ac trahi musculus ad suum principium, siue caput uidebitur: haud minus uero in sensu, & motu deficere, cum neruus qui in eundem musculum descendit, incisus est. Ex quo liquet, musculo per neruum hunc uirtutem à cerebro immitti, tametsi constet obseruatione alioqui certa, neruis omnibus communiter à cerebro, quasi fonte quodam, sentiendi, & mouendi uirtutem at tribui. Quam dixi autem obseruatio hæc est, cum neruus inciditur supra, qua parte coniunctus, & contiguus est cerebro, uirtutem suam hunc uidemus, & actionem retinere, infra autem quam incisus est, amittere. Verum an, sicut neruis cerebrum, alia sic particula cerebro inuicem ipsi uirtutem fuggerat, an ipsum per se fons quidam ad hæc omnia sit, & origo (quoniam non desunt qui nec animalem uirtutem, nec naturalem arbitrantur obire posse suas operationes absque adminiculo uirtutum uitalium) cum res ea spectet ad considerationem de anima principali, compertum satis non est. Porro autem, quoniam de crure orationem instituimus, operatio cruris est incessus : qui ut simpliciter non procedit, ita eget quibusdam in hoc auxilijs. Quamobrem paratos habet huc ueluti duces quosdam, nempe musculorum partium genus quod in se continet, à quo deinde ossa motus sui principium habent, cartilaginee item, tendones, arteriæ, uenæ, membranæ, ligamenta, & cutis. Namque à musculis ossa primo mouentur, post aliæ particule ossibus undique circumpositæ, ab illis ipsis mouentur. Vnde conspicuum est, motum non cuiusuis particule propriam operationem esse, sed musculi solius: imò nerui tantum, alijs particulis in subsidium adiectis tantum. Atqui cruris totius motum non esse quem obeunt singulæ in eo particule. sed musculorum tantum.

tantum, quorum hanc propriam esse operationem iam iam ediximus. Huc ergo pertinebat quod paulo superius dictum est, duplex esse genus operationis: unum namque principale in singulis partibus simplicibus est, alterum per accidens, quo præter suam ac peculiarem operationem cruris uniuersæ illam consequuntur, quam incessum siue gressum nomina uimus. Hoc etiam genus, nostra pace, non accidentale tantum, sed & secundarium, non primum, aut quocumque tandem accommodato nomine appellaris, similariū dico hoc quod non ipsorum, sed totius instrumenti proprium est & primū. Quoniam uero sermonem de propria cuiusque similariū parti operatione, & eorundem accidentali, quæ cuiusque cum toto suo instrumento communis est, iam finiuimus: querendum porrò est, quibus auxilijs tam similariū, quàm instrumentaliū partium operatio perficiatur. Agemus autem primo de instrumentalis propterea, quod tractatio de crure, quæ pars instrumentalis est, præcesserit iam proxime. Neque obseruamus, priorem locum similaribus deberi uel inde, quod ab eis instrumentalia sint composita. In crure igitur obseruabis, ossium longitudinem non esse sic comparatam temere, quemadmodum nec alia quibuscumque tandem modis ea figurata sunt. Siquidem, nisi tam longa essent, tot, & his modis tum formata, tum uero ordinata, musculorum motus nihil proficeret. Secundum articulos ergo res habent in hunc modum: In fine ossis, fermè superioris, heminula (nam Græci κοτύλην uocauerunt) quædam est ea omnino amplitudine ut ossis alterius caput in se receptet, quod perpulchre conspicitur in coxæ articulo, & humerali. Huic heminulæ caput iam dictum inseritur, rotundum adeò, ne ad motus parum sit accommodatum, quamobrem & in alijs partibus, ubi crenatæ sunt, ferè commissiones articulorum, sua quoque rotunditas quedam, & inserendis ossibus, & acetabulorum conuexis adest. Quo accedit & hæc receptaculorū eiusmo-

Quibus auxilijs actio perficiatur

di commoditas, quòd maiorem amplitudinem sortita sit, quam ut possit ossis caput, & globum in se receptum aliquo modo coartare, & motus ita còmoditati obsistere. Quo loco quis poterit admirabilem naturæ sagacitatem, & industriam satis admirari, quòd heminulam illam, & simul ossis globum, aut alia forma extremitatem tam provide, & eleganter chartilagine communierit, uestieritq; , ne scilicet amborum ossium duricies commissæ atterantur absq; animalis operantis commodo. Sed cuius etiam lubricitas motum animalis, supra quàm credi potest, soleat adiuuare. Quinetiam ne coniunctio hæc dirimatur, quàm pulchre cauerit Natura uide. Articulationibus, ligamēta foris circum posuit, quæ ordinis sui còmissiones conferuent, eaq; ne ossa permutent situm quem natura instituit, at nec obstet tamen motui, & operationi tempestiuus, ligamenta nō rigētia, aut dura fecit, sed mollia. Et liquet cuius hæc ligamenta magnitudine quadam indigere, formatione, numero, & còpositio ne siue còstructione, qui nanq; articuli motus fieri posset inculcate, si maiora essent hæc, aut minora, si plura essent, aut pauciora quàm pro necessitate: Si denique alia figura, aut non suo loco insita. Sicut uero de ligamentis, ossibus, chartilaginibus, ac musculis à me iam actum est, tu ita per singulas partes quod opus faciant, & quam præstent utilitatem dispexeris. Quæ nanque particulæ in operationibus suis, & utilitatibus, tum usibus, non inueniuntur ociosæ: at secundum substantiam, magnitudinem, conformationem, numerum, atque partium coordinationem optime sunt constructæ, iubet ars Medica in suo modo conseruare, & custodire. Quæ uero in aliquo horum discesserunt à sua Natura, iubet eas reducere & restituere naturæ suæ. Id quod nemo faciet, nisi partis cuiusq; operationem, utilitatem, & constructionem adamussim præscierit. Hanc ob rem serio hæc inuestiganda sunt, & summa cum diligentia retinēda ei, qui
fani,

fani, & ægroti corporis scientiam est cōsecuturus. Quamq̃
 in rem ut opera q̃maxima danda est, ita minor exercitatio
 adhibēda nō est, eo quod sola exercitatio studia omnia con-
 firmet. Sed quoniā incolumitas operationum aliūde nō est,
 quā à constructionis membrorū cōmoditate, superest ut
 de huius quoq; Methodi uirtute nunc uerba faciamus. Do-
 mus etenim, lecti, manus, aut cuiuscūq; alterius utiq; instru-
 menti constructionē, integrāne sit an oblaesa nō poterit quis
 quā iudicare, quin nouerit, ac perpenderit singulas parteis,
 ex quibus cōstructio ea est cōflata. In quo census genere ui-
 dendum est, qui sit partiū numerus, quanta singularum ma-
 gnitudo, quomodo formata sit unaquæq; , & quo situ cōpo-
 sita, cum in alijs nullis cōpositorum corporū bonitas omni-
 no, aut malitia consistat. Cuius autē ne tibi exēplum desit,
 passiones domus, aut nauis obserua, & alio modo rem habe-
 re non posse liquido confitebere. Siquidē illarū omnia uitia
 uel magnitudine constant, uel formatione, numero, uel po-
 sitione partium. Ut neq; in lecto peccari alia ratione potuit.
 Quæ uero quomodo in ueste habeāt, simplicis admodū ne-
 gocij est: Quidq; in ijs distet calciamentum, nunquā tā diffi-
 cile est, quin inuestigari quærendo possit. Non dubium est
 ergo, quin ex optima corporis constructione, feliciores, &
 expeditiores eueniant operationes. nā uirtutes quæ particu-
 las exercēt, in bona hac constructione Natura, ceu familia
 bene instituta, omneis in officio habebit. Quod autē lese ope-
 rationes morbi sint, incōpertum est nemini. Et quosdā esse
 partiū simularium proprios morbos, quosdā instrumētaliū,
 ne hoc quidē dubiū est. Quappter fore operæprecium credi-
 mus, si generis utriusq; morbos breuiter enumeremus, actu-
 ri de iisdē fufius, cū de natura auxiliōrū differemus. Atqui
 morbum esse qualitātē q̃s ignorat. Esse uero affectū præter
 Naturā qui actionē impediāt, alibi tradidimus. Proinde fat-
 erit, si tribus generib. nunc obiter omneis morbos cōplecta-

*Cōstructio
 particularū*

mur: quæ sunt, Intemperies, Mala compositio, & Solutio
 continuitatis. Intemperie laborant partes similes: & non-
 nunquam cum materia est, nonnunquam sine materia. Ma-
 la compositio instrumentaleis partibus male habet. Solutio
 continuitatis utriusque perturbat sanitatem. Ex tertio autem
 genere huc tantum subijcimus, si partes compositæ aliquā
 particularum unionem, & conglutinationem recipiāt, opti-
 me connexum esse, cuius optima est commissio: Vt pessimū
 est unione, quod pessima compago uniuert. Solutur autem
 in aliqua parte continuitas, tum non culpa est compositio
 solum, sed omnino iam ægritudo, quam, clarioris doctrinæ
 gratia, continuitatis, uel unionis solutionem soleo nomina-
 re, de qua & Medicus nullus meminit me prior. Quinetiam
 affectus hic similibus partibus communis est, quoniam os,
 neruus, arteriæ, caro affici sic possunt cum secantur, pūgun-
 tur, corroduuntur, diuelluntur, aut rumpuntur. Cum ergo uel
 ex ipso genere constet, affectum hunc utriusque generi commu-
 nem esse, nunc solum tradetur ut est in similibus, per spe-
 cies suas. Vbi obseruandum est, ut alij atque alij membro ac-
 cidit morbus hic, ita non eadem nomina sortiri. Quamob-
 rem in osse fractura nominatur. In carnosissimis musculorū parti-
 bus Ruptura, cum sit ex distentione, & fissione: Quo loco
 cum fibræ intentæ simul dirumpuntur, conuulsio solet no-
 minari. Vulnus autem, siue rupturam dicimus, quæ conti-
 nuitatis solutio in carne accidit ex distentione, uel incisione:
 Nisi quod punctura nominetur, quando instrumentū quod
 fauciat, acutum est, uel tenue: quando uero graue, cōtusio.
 Sic, quæcunque ex corrosione fiunt solutæ continuitates, in
 osse corrosiones uocantur, in alijs partibus ulcera. Verū de
 nominibus eiusmodi tam securi sumus, ut, saltem recte, ali-
 ter nominare cuius permittamus. Atque hæc sunt omnes diffe-
 rentiæ tertij morborum generis, quæ in partibus similibus
 designantur. Quod attinet porrò ad instrumentalia,
 morbus

Fractura.
 Ruptura.
 Conuulsio.
 Vulnus.
 Punctura.
 Contusio.
 Corrosio.
 Ulcus.

morbus hic ijs in locis accidit, ubi non eiusdem generis mēbra coniunguntur. Et quocunq; modo his accidit, Diuisio nominatur. Cumq; similis aliqua pars per totum diuidit, similis quidem hic partis morbus est, sed à quo etiam totum instrumentum immune non sit. Nonnunquam per accidens, ut, cum musculus, & quippiā tale perpeſsum est: tum enim qui musculi proprius est morbus, & operationē eius, nempe motum & sensum remoratur, obest non minus & toti cruri per accidens, dum ingressionem, quæ cruris propria est operatio, impedit, aut perturbat. Quam tamen rem qui magis uolet proprie docere, nerui dicit per quem sentiēdi, & mouēdi uirtus membro infertur, hunc affectum esse: quæcunq; enim particulæ aliæ in musculo uiſuntur, nerui eius sunt ueluti subsidia, & firmamēta, ut facile credet, qui in superiori exemplo, superiorem incisi nerui partem equè ut ante suum officium facere, inferiorem non facere conspexerit. Nonnunquā uero proprie ac primo, siue non per accidens, ut, cum ligamentum soluta continuitas male afficit. Ligamenta nanq; articulos connectere superius traditum est, & horum uerſatione nos incedere. Porro, ut huius morborum generis ego nunc species sum profecutus, tute poteris per alia genera species instituere. Quod & ipse attingam posthac, licet perfectum sit plenissime in libro de morborum differentijs, obq; id superuacuum sit pluribus hic eadem pertractarem: quinetiam tuæ industriæ minus consulere uidear mi Patrophile, si tibi præmansa, ut aiunt, omnia in os infererem, ac non sinerē te præcepta hæc in usum exigere, & propriarum uirium periculum facere. Atqui hæctenus ostendi cognitionem rei, quam ars quælibet tractare solet, in primis facere ad artis suæ finis Notionem: Rursum uero, quamlibet artē constitui à finis Notione, nostrumq; esse institutum nunc artem Medicam constituere, cuius officio corpus humanum sicubi affectum est male, in integrū restitatur, con-

feruetur; quicquid in ipso sanum est. At fieri non potest, quin præcognosci uelit, singulari, ac summo artis præcepto, corpus humanum. Quam cognitionem licet pluribus iam expediuerimus, institutâ tribus generibus, cognitione partium, partium cōstructione, & operationum notitia: omnia de integro tamen, & ueluti ab ipsis usq; elementis repetere, & explicare collibitum est, adiectis interim quæ antea dicta non sunt: his quidem principijs. Notitia corporis cui auxilia afferuntur, & Auxiliorū Natura, duo sunt ueluti capita, quibus uniuersæ Medicinæ cōstitutio, siue malis, ipsa Medicina comprehenditur. Illâ partē plusquā attigimus, nihilominus tamen quantum prodesse uidebitur denuo exequemur, Auxiliorum naturâ deinceps, p uiribus tractaturi. Corporis itaq; cognitio iubet nos, ut dictum iā est, omnes ipsius partes inquirere. Mox omnium partium cōstructiones: postremo earundē operatiōes. De partibus traditū est, omnes esse similes uel instrumentales. Cōstructionē utriusq; generis probat iusta magnitudo, formatio, numerus, & partium situs aut cōstructio: Si namq; hæc secundū naturā parata sunt, cōstructio communis ualebit: sin minus, nō carebit ipsa uitio. Operationes autē bonæ sunt, aut malæ, secundū cōstructionis laudē, uel uitium. Ut sic cōpositarum partium ægritudines nō alibi esse uideas, q̄ in quatuor ijs, quæ cōstructionē appararūt: unde & minus ad similia pertinebūt, ad instrumentalia autē q̄ plurimū. Nō cognosces autē bonitatē, aut prauitatem cuiusquā, nō passiones, & sanationes harum, nisi unius cuiusq; simplicis, & cōpositæ partis naturā præcognoscas. Idq; uel hinc palam est: Si testa aliqua in domo corrupta, aut ex lateribus coctis, uel crudis aliquis, sciet omnino artifex qui domus hoc uitium reparaturus est, quomodo simile huiusmodi particulā præparet. Neq; em̄ aliter in locum male affecti lateris meliorem reponet, amouebit corruptū. Præparet autē quæso cuius naturā, & originē nō cognouit: nature

*Repetitio
prædictorū*

*Corporis
cognitio.*

hic & originis nomine substantiã intelliges, quæ ex materia & forma conflata est. Quare qui artem quæ circa hominis corpus est, constituit, laboris incrementum fert hoc scilicet, quod scire oporteat præter Architectum illum, an sibi sitin regrum aliam partem pro alia reponere: quã expeditionem nobis materiæ copia, & eius promptitudo declarabit. Nam carnem male affectã amouere, & aliã in eius locum poteris restituere, neruũ aut ligamentũ abscissum nõ poteris, eo quod materia unde facta hæc sunt, defecit. Caro etenim à sanguine ortũ habet, ut eius indicium rubor est, cuius copia nunquã defit, quantisper cibus, & potibus homo opportune uti poterit. Alia illa semini ortum suum debent (ut hoc quoque color indicat) quo concepto, formatiua uirtus ilico mēbra quæ seminaria, græce Spermatica nominantur, producit. Atque id cum fiat solũ in prima animalis generatione, quæ iam olim desijt, quæ nobis denuo Prometheus formationẽ appararit. Generatio em̄, ut alibi docuimus in utero locũ habet: Auctione puer in lucẽ editus, ad iustã magnitudinẽ excrescit: Nutritio suppeditat deinde, quæ à corporibus nostris assidue per calorem naturalẽ eliquãtur, & resoluuntur. Iam in ossẽ commoditas hæc est, quod cõfracto porus quidã innascitur, ossẽ nõ adedò infirmior. Quo dignius est animo liberali, quæ partes generatæ sint ex Spermate, inuestigare, quæque assidue ad huc fiant ex cibo, & potu in sanguinem commutatis. Quoniam quidem uero corpus humanum scimus ex similaribus & instrumentalibus partibus constare, & ex similaribus instrumentales, nos iubet hic Methodus inuestigare, an partes quæ similes uocãtur, & sensui nostro uidentur simplices (unde & sensibilia nostri corporis elemēta soleo eadẽ nominare) sint uero reuera simplices, ex uno aliquo principio cõparatę. Easque si nõ uidebũt simplices, quæ modus cõposuerit. Palã est autẽ, si quidẽ pportionalis est modus generatio nis ipsarũ, eas cõmode habituras bonitatẽ esse, ac malitiam

in conformatione, numero, magnitudine, & compositione; simul cum instrumentalibus. Nisi factæ sunt ex confusis ad inuicem per totum principijs, sicut medicamenta quæ tetra pharmaca nominantur: hinc enim alia ratione constabit bonitas, & malitia, necnon ægritudo circa ipsas. Quemadmodum si ex diligentî principiorum appositione sint perfectæ, quo modo componitur siccum nominatum medicamentû, quod, quia capiti debetur, Cephalicon appellamus: uirtutem, uitium, & ægritudines ne tum quidem inuenies male accommodatas generationi ipsarum. Verum si partes eæ si milares, ex multis numero differentibus, quæ speciei eidem subditæ sunt, uti domus ex coctilibus, aut crudis lateribus, uel unius alioqui cuiusdam speciei lapidibus, conditæ inueniantur, bonitas, malitia, & ægritudines in sola compositione partium omnino cõsistent. Sed nullo istorum modorum quatuor, similaria corpora parata esse, ipsissima ratione possumus demonstrare. In qua inuentione, dii boni, quàm Philosophi complures, & nō parum insuper multi Medici, plurima controuersia desudarunt. Qua & Medici non pauci eō desperationis redacti sunt, ut ab opera inuentionis huius omnino desciuerint. Aliqui neglexerunt, quod nō solum impossibile, sed plane inutilem, ac indignam in quam uires intenderent, arbitrarentur. Permulti ex recentioribus, quæ se meos esse intimos confitebantur, Romæ ob id clamitauerunt: Cur ueritatis inueniendæ studio te enecas (nam & uniuersæ Medicinæ ueritatem unice persequer) cum nec tibi sit res ea, nec amicis tuis quicquam profutura? Cur eo studio te maceras, unde emolumentum nihil est cuiquam accessurum? Principes, ac magnos duces sectareris, cænares unâ, qui te possent honore, & beatissimis opibus adaugere. Qui si sciuisent ex ueritatis in qualibet scientia, studio, ueritate, inquam, ipsa, paratam esse doctis uiris immortalitatem tum apud deos immortalis, tum apud homines, suadere adeo noluisent

Desudasse multos circa elementorū inuentionem.

noluiſſent hoc mihi, deſtituiſſentq; hortari me, qui immortalia mea commoda cum ſuis cupedijs momentarijs permutarem. Verum quòd inutilis hæc inuentio nō ſit, arguere Methodus illis poterat, quæ ut iſſis nulla fuit, & ſola rem demonſtrat, ita modis omnibus huc ſpectabit, aut nunquam ueritatem eſt quiſquam inuenturus. Illos autem quis nō credat inſanire, qui friuola experientia inſtituendam eſſe artē, non Methodo arbitrantur. Quis uero eruditus dubitare poteſt, Methodo inſtituendas eſſe arteis, & ueritatem ſola Methodo inueniendam eſſe, qui illos uiderit fruſtra in inuentione hac omnem inſumpſiſſe operam: fruſtra autē, quod Methodum nullam, qua circa ueritatem molirētur, penitus habuerint. Poſſibile eſſe autem, poſt paulum planiſſime probabimus. Tu porro ſi mihi credes, ut facis, non exiſtimatio nem hominum uidebis me, ſed ipſam plane ueritatis laudē ſequi, & pugnare non pro hominū, ſed ueritatis gloria. Nō eſt ergo quamobrem deterreare Medicorum illa, & Philoſophorum diſſenſione Patrophile: quòd enim ipſi non repererint ueritatem, non artis uitio contigit, ſed quòd non recte, id eſt abſq; Methodo quæſiuerint, ac demonſtratione. Sed animet te, quòd ego ut recte quæram, ita ſum inuenturus e uestigio. Quod ſi iſti feciſſent, at ne tum quidem ueritatem inueniſſent, eſſet cur desperares adeò. Verum id plariq; iſtorum, ut ipſimet fatentur, ignorauerunt: & an alijs recta ratio percognita fuerit, incertum eſt. Quam cum nos clariſſime habeamus, habeamus, uero quęcunq; ad ueritatis inuentionem pertinent, ut poſtea declarabitur, cur ad eius inquisitionem audacter non accedamus? quare cunctemur, omnibus ſubſidijs tam fortiter, tamq; inſtructe in aciem ductis? Apparatus autem, & ſubſidia de quibus loquimur, ſunt cōditiones ſeptem, quas concurrere modis omnibus oportet in homine, qui alicuius rei ueritatē liquido cupit inueſtigare: ſiue eam præſciat is quidem, ſiue ignoret. Ac, ſi ignorat,

præfertim spem faciant, atq; fidem, tum & fiducia inuenient
 dæ ueritatis: Et, ut uerbo dicam, haud sināt desperare ab in-
 uentione ueritatis. Conditionum harum prima est autem li-
 beralis indoles (sive Naturæ, aut ingenij acumen) cuius be-
 neficio possit, ad quodcunq; studium rationale se conuerte-
 rit, omnes præceptiones uel mathematicè apprehēdere, ipsa
 etiam Mathematica non infeliciter edoceri. Secunda est, ut
 à teneris unguiculis non solum educatur, sed & exercitetur
 unice in primis illis disciplinis, potissimum, ut Plato cēfuit,
 Arithmetica, & Geometria. Quæ autem omnia (ut & doctis-
 sime, & rectissime percipiat) instituetur à doctissimis, pariter
 & optimis suæ ætatis magistris. Quarto, præter literas non
 cogitabit quicquam diuq; noctuq; nihil cogitabit insuper,
 sperabit, aut amabit, nullo alio delectabitur. Et, quæ paucis-
 simis concessa felicitas est, uniuersum suum studium alio nō
 conuertet, quàm ut solum ueritatem assequatur. Tanto ma-
 gis autem, quanto nostra ætate minus multi sunt, quibus
 summū hoc munus curæ est. Simul uero Methodum discet,
 qua uerum possit à falso in qualibet re discernere. Quorsum
 proderat enim uel totis uiribus ad ueritatem adspirasse, nisi
 energiam, & robur aliquod inuentionis unā pararis, cuius
 subsidio spes inuentionis promoueat. Septima conditio
 & ultima, quid proderat uel scire Methodum, ni exerce-
 as eandem adeò, ut ubicunq; libitum est, aut opus, utendæ
 eius nulla tibi copia desit: alioqui non magis usui erit, quàm
 aquæ Tantalò, quæ mentum eius præterlabi creduntur.
 Sicq; Rhetoribus, qui artem multo inferiorem profitentur,
 non esse alicuius momenti uidetur solum scire Methodum,
 postulantq; ut quiuis per totam suam uitam, summa cum di-
 ligentia, eandem exerceat, quanto magis non contenti nos
 erimus inuenta, & cognita Methodo, nisi eadem etiam atq;
 etiam exercitata, qui artium omnium reginam profitemur.
 Quod uero pollicitus sum paulo superius, nihil deesse mihi

ex conditionibus his, quæ solæ ad inuentionis energiã momentum habent maximum, id comprobare iam nunc ingrediãr. Dexteritatem & felicitatem ingenij nostri, quot iam seculis admiratus est totus adeo mundus? ut ex hoc nihil superfit, quàm quod ostendam, quibus modis cultura eius in tam immensum processerit. Cuius felicitatis prima cura pater obtigit, quem sua ætate Geometriæ, & Astrologiæ studio & cognitione nemo superauit, & quem uno ore omnes Philosophi qui nouerant, summe commendauerunt, ac tum admirati, tum uenerati sunt, propter incredibilem suam bonitatem, iustitiam, & honestatem. Is me ab ipsis incunabulis semper in literis educauit, usq; ad pubertatem, curauitq; non minus animo, quàm corpore. Cumq; hac ætate essem, pater rus abiit, nam agriculturæ studio singulariter tenebatur, me pubere inter æqualeis in urbe apud literas derelicto: quo tempore literas eo ardore, ac studio prosequerbar, ut æqualeis meos facile omneis magno interuallo præterirem, etiamsi tum primum ætatis meæ annum decimumnonum attigissem. Verum patre diutius aliquanto circa rusticorum operum studia detento, fructibus autumnalibus inter æqualeis intempestiuus saturatus, coepi ego laborare, & sanguinis missione indigere, quod subijciam propter artis tuendæ, aut potius uniuersæ Medicinæ commendationem: quæ incommoditas rure patrem reuocauit, ut solita diætã foueret me, ac sanitati restitueret. Anno postea cum pater esset emortuus, simili morbo correptus, pariter phlebotomiæ, ac diætæ studio sanitatẽ ipse recuperauit: Vt post illud tẽpus quoq; anno ferme, aut tertio quoq; laborarim semel, ad annum usq; uigesimumoctauũ. Quo anno cum grauiter periclitarer de abcessu, qui ea parte imminabat ubi iecur cum septo transuerso eõiungitur, ac malum id non esset aliunde, q̄ à fructibus, cõstitui deinceps à fructibus plane abstinere, ut ne gustarem quidem, præ-

terquàm ficos, & uuas maturas: Et exercitatonibus uti assidue, quæ indigestionem prohiberent, nec multis iam annis postea aliter laboraui, quàm febrî diariâ, aut bubonibus, tametsi non robusta admodû natura sim præditus, dedecrimq; amicis tam laboriose quandoq; operâ, ut persæpe totas noctes circa ægrotâteis peruigilarim, ac laborarim grauissime non raro, partim propter pietatem in amicos laboranteis, partim, in arte Medica, experientiam. Quod ad præceptores attinet, & in Medicina experientiam ex ipsissima ratione, eò perueniuus omnino, ut mundus uniuersus quàmplurimis iam annis non colat solum nostra, & admiretur, sed et canat ubiq;. Quo pertinebat, quòd nullus mihi quondâ locus inaccessus, nullus præceptor fuerit, qui aliqua doctrinæ ratione potuit commendare, qui me potuit eruditione quidem augere. Bis abij in Lemnum, ut, quod priori accessione erratum fuerat, posteriori corrigerem, propter ueram Lemnij sigilli cognitionem. Quas autem ærarias, aut Metallicas potius, & fodinas, & officinas non perlustrauit: quæ metalla quibus terris non uidi: quos deniq; præceptores non excussi ueritatis studio: Veritatis autem studio totam ætatē contriui, non hercle absq; bonorum, laudis, gloriæq; immortalis beatissimo prouectu, ut sim deniq; solus liber, honoratus, diues, pulcher, rex deniq; regû, præcipue sanus. Veritatis autem studio quendam librum triginti annos protraxi. Literis ut nihil antiquius unquã habui, ita earum rudimenta in patris gremio edoctus, ad Medicinæ fastigium produxi, & perpetua immortalitate donauit. Sed cuius Mineruæ auspicio, nisi inueniendæ ueritatis? quam amici quidam temere in me reprehenderunt, dum occinerent, ueritatis studio te enecas nequicquam, haud enim uel tibi, uel tuorum cuiuspiam profuturum est unquam. Quòd uero non didicerim, non exercuerim solum, sed plane constituerim Methodum, nullus in orbe locus est quin testetur. Omneis enim li
 bros

bros eo doctrinæ, & rationis genere conscripsi, ut ex eorum
 lectione, & usu doctissimus euaserit, & Eumethodos, quis-
 quis uolet accuratissime exercere. Neq; enim legi uolo li-
 bros meos, sed exercitari etiam atq; etiã, eos præsertim qua-
 tuordecim, qui de demonstratione sunt parati. Cæterum de
 conditionibus his sciri debet, frustra ad inuentionem uerita-
 tis uiam affectare, qui ijs instructissimus non est. Quibus ue-
 ro comitatus, si hanc quis adoritur, fieri nunquam potest,
 quin iugularit. Constat ergo, ad habendum corporis huma-
 ni cognitionem, notas esse Medico oportere totius corporis
 omneis particulas. Nec solum ad eas usq; quæ sensu nostro
 simplicissimæ uidentur, sed porrò eas, quæ ad Naturam sim-
 plicissimæ sunt. Qua commoditate ne quis laboret, quod-
 dam simile corpus, in exemplum, tractabitur, an ex uno
 tantum aliquo elemento, an pluribus conflatum sit declara-
 turi. Elementum autem nomino, primam & simplicissimam
 partem, quæ in eius compositione est. Præterea, si plura es-
 se eiusmodi elementa uidebuntur, ostendemus quot omnia
 sint, quæ sint etiam, & quomodo composita. Pars autem si-
 milaris quam in exemplum accipimus, est caro. Et hæc quo-
 niam cum siccat, aut calefit supra modum, dolet, elemen-
 tum eius unum esse specie non potest, ut Epicuro uisum est,
 qui nescio quam Atomum insectilem rebus omnibus ele-
 mentum unum confinxerit. Nanq; arbitratus est ineptus,
 atomorum concursu res generari: falsa nimirum opinione,
 quia atomos eas unum specie constituit. Quippe si unū spe-
 cie Atomus esset, Natura non esset per seipsum calida, aut
 frigida: ut nec alba, aut nigra: utq; uerbo dicam, nulla plane
 in ea qualitas inesset, quæ transire per corpus suum uideret-
 tur quasi pars eius. Siquidem si aliqua his figure qualitas in
 esset, grauitas, duritia, & similes alij habitus specie nihil in-
 uicem differrent, & sua specie apud sensum unam solum fa-
 ciem præ se ferrent, ut fieri in similaribus partibus nos, qui

cas corporis elementa reputamus, cōspicimus. Quævis eã
 similaris pars, tam sibi per omnia similis est, ut unaquæq;
 uel minima pars eius, accipiat denominationē totius. Alia
 item elemēta sibi similia sunt apud eos, qui rerum omnium
 ipsa principia constituerunt. Quo rectius dictum est ab Hip-
 pocrate, si ex uno elemento constaret homo, non doleret si-
 bi quicquam; neq; enim mutari quod unum est potest, cum
 nihil sit in quod permutetur. Quod autem mutari non po-
 test, ne alterari quidem, aut pati potest. Nec dolebit, si quid
 pati non potest. Quorum pronunciatorum omnium, hæc e-
 rit ceu generalis quædam complexio: Ergo, quod unum est
 pati non potest. In eandem mox sententiam, ratiocinari sic
 possumus. Si una specie elementum est, res nulla dolebit;
 Sed dolet, Non est ergo una specie elementum. Quoniam
 uero sermonem hunc de carne instituiamus, ob id elemento-
 rum hanc examinationem in ea ipsa similiari parte, nempe
 carne, ad hunc modum experiemur, & exercebimus.

Si carnis elementum specie unum esset, Caro nunquam
 doleret.

Sed dolet,

Non est ergo unum specie carnis Elementum.

Quæ res disceptari poterit & in hunc modum.

Non dolebit carnis Elementum, si pati non potest.

Dolet autem,

Ob id impassibile non est. Atq; his modis probari poterit
 carnis, & cuiusuis alioqui rei unum esse Elementum nō pos-
 se, neq; insuper impassibile. Iam uero ut demus plura esse
 quidem elementa, sed quæ alterari non possint, refelli poterit
 mus hac ratione.

Si elementa pati non possent, caro non doleret:

Cum doleat autem,

Quomodo fieri potest ut elementa eius non patiantur?

Prior illa ratiocinatio, diluit Epicuri de Atomis opinionē,
 & minima.

& minimis corpusculis . Similarium autem ratione tollitur
 Empedoclis opinio , qui iudicauit quidem ex quatuor ele-
 mentis esse constituta corpora , sed inuicem transmutari
 non idoneis . Si itaque has ratiocinationes obseruaris , ma-
 gnam eorum quæ quæsiuisti partem inueneris . Nempe si-
 milarium corporum elementa esse multa , & in se inuicem
 transmutari per totum . Ineptissime ob id sensisse , qui nescio
 quæ concordiam , atomos , aut impassibilia demum elemen-
 ta , rerum omnium principia constituerunt . Carnisq; elemē-
 ta modis omnibus pati oportere , uel hinc certum est , quod
 caro quæ comparata ex ipsis est , sentiat cum patitur . Quo-
 circa audiendi non sunt , qui cum Epicuro sentiunt , ac arbi-
 trantur in compositione corporum quæ pati non possunt ,
 dolori esse locum posse : talia enim isti rerum principia po-
 fuerunt . Nisi concedatur mihi , à communi hominum ratio-
 ne hos alienos esse , quæ probat , haudquaquā dolere , quod
 pati non potest . Quinetiam , ut interim omittam , intelle-
 ctui nihil æquè oblitere , res omnes quæcunque sentiunt ,
 idem omnino pernegant . Complicabis enim digitos , & re-
 plicabis rursus , nullo equidem dolore : Cum dolere sit cō-
 pati , & consistat in duobus his , alteratione quæ fit per to-
 tum , & solutione continuitatis . Quum igitur in corporibus
 quæ manifeste passibilia sunt , coniunctio dolorem non ex-
 citet (ut digitorum complicatione iamiam declaratum est)
 multo minus id ager in corporibus , quæ à passione sunt
 aliena . Proinde & Asclepiadis Anarum fractile dole-
 bit quum frangitur , quoniam sensu caret . Ut eiusmodi ni-
 hil pati res possunt , quæ sensu priuatae sunt : sicut nec os ,
 cartilago , adeps , aut pilus . hæc etenim tametsi patiun-
 tur , non dolent tamen . Constare ergo uel cæco posse ar-
 bitramur , Pati oportere quod doleat , at nec sensu carere :
 Non dolere autem , quicquid non patitur . Ut uero sit
 omnino ex principijs sensibilibus , quod sentit , non est

necesse : quoniã sufficit ut ex passibilibus tantum principijs constet , & possit interdum sensibile fieri , per transmutationem , & alterationem . Infinitas autem alterationes esse , & ex Elementorum alteratione , & permixtione proprietates innumerabiles , quæ , si particulatim examines , in corporibus consistunt , dubium non est quidem . Eoq; rationi alienũ nõ est , multa fieri corpora sensitiva , quæ differant alia ab alijs in eo , quòd magis sentiant , aut minus . Tantumq; dicturus eram , ad probandum uno elemento esse plura , & ea natura , ut inuicem permulentur . Quod & uerbosius aliquanto factum est , ne fugiat quenquam posthac , qui modo stupidissimus non est . Quod si eò stuporis abijt quis , ut magnopere non curet , an aliqua sit demonstratiua methodus , qua ueritatem inueniat , & ea uelit erudiri primum à uiris optimis , post exercere eandẽ , qui & per seipsum inueniat omnia , ac sine cortice , ut aiunt , nauet , illũ nos adeò detestamur , ut à cõmunicatione nostrorum sermonum libeat arcere . Eos nanq; lectores admitto solum , qui sudores meos non ita gustent obiter , ut canis Nilum , sed qui ingeniosissimi sint , & tum docti , tum in quouis eruditionis genere diligenter exercitati . Quicq; tandẽ Methodos , quas libris cõplurib. in arte Medica , per omneis suas partes , summa cũ diligentia profecutus sum , meo exemplo cupiãt diligẽtissime exercere , euadereq; ad eam doctrinam , ut mei familiares non immerito appellentur . Quicquid enim conscribo , solum eo spectat , ut ueritatem rei assequar , non ut litigem aut contendam pro uictoria , uel cupiam uenditare industriã , atq; alios superare . Qua in re testes fat scio , habiturus sum , quotquot libros meos accuratissime euoluerunt . Ad quæ sacraria ut stupidos , aut uel non diligentissimos admittam ? Quid enim fieret aliud , quàm ut ipsi apud eruditos , quibus mei libri sunt notissimi , rideantur , apud indoctos qui ignorant libros meos , ex horum ingenijs , quòd eorũ sim ego similis iudicer non digne .

Qui

Qui ob id (studiosos dico) scire desiderant, quæ de Elementis exaravi ex professo, legant de elementis secundum Hippocratem, librum. Quem sic inscripsi quod nemo Hippocrate prior inuenerit, rerum principia, quæ elementa nominamus, esse quatuor hæc: Ignem, aërem, aquam, & terram: quod enim rem eandem plerique alij postea, maxime Aristoteles Stagiritis, illustrarint, debent inuentioni quidem diuini Hippocratis. Quo accedit, quod & alij postea non pauci definirunt, sola hæc quatuor omnium rerum esse feminaria: Agere uero & aliud in alterū, pati; ab alio aliud. Neque dissident magnopere Hippocrates, & Aristoteles, ut traditum est in Therapeutices principio: ubi hoc insuper adieci, non ita referre siue quatuor hæc, siue qualitates eorum, omnium rerum elementa constituamus. Elementum itaque & unum esse tantum non posse, & quæcunque demum sunt oportere pati, præclarissime nunc & inuentum, & demonstratum est. Quapropter deinceps quærendū nunc est, quot omnia, & quæ sint Elementa. De qua re fiet euidentissima demonstratio, nec minus facilis, per ea quæ sensui sunt manifesta, & ob id cælare neminem possunt. Quale est, Quæcunque alterant, tangendo id quod alteratur faciunt transmutationem. Id quod non rerum Natura docet tantum, sed & sensu plane percipitur: Cum & ratione, & aperto experimēto constet, si quod hic incendiū sit, non posse id mutare rem aliquam, aut conflagrare in Aegypto. Iam, si tangendi commissio requiritur ad alterationis transmutationem, rem alterantē agere necesse est simplici aliqua qualitate. Et hinc profere credimus, si omnes alteratrices qualitates ordine indagemus. Acies em̄ ferri, ut uidemus, dissecat ac incidit res quibus immittitur, sed naturas earum nihil immutat. Grauitas conuassat, nec tamen per totam substantiam agit transmutationem. Sicut neque duricia mutare potest quibus illiditur, ut ipsa in aliam speciem faciat transire. Caliditas autem, fri-

giditas, humiditas, & siccitas totam substantiam eorum quibus accidunt, permutant adeò, ut in aliam speciem transformant. Ex quibus, caliditas, & frigiditas ocyllime subiectū, cui adueniunt, permutāt, unde ab Aristotele qualitates actiuae nominantur; humiditas, & siccitas aliquo ad hoc tempore indigent, quas ob id passiuas qualitates nominauit. Inter eas una tamen est, quæ ut ocyllime, ita & efficacissime suam uim exercet, nempe caliditas, proximo loco frigiditas est, deinde humiditas, & siccitas. Nec refert superiores illas qualitates subito perrumpere obiectas substantias, quòd inde possint Elementa nominari, quandoquidem nouam nullam speciem producant, ut hæc quæ rerum elementa nominamus. Sunt ergo quatuor hæc qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas tantum, quæ ita transmutant, ut ad alias transferant species: quippe quæ per totum alterent. Priores istæ non itidem alterant, sed malo afficiunt quibus obuenerunt. Quod enim euellit, rumpitq̃, agit hoc quidem per totum, sed non ut alterationem exhibeat, qua ad aliam substantiæ speciem deducat. Atq; id ut clarius agnoscas, animaduerte quod nunc dicam. Si niuem disseces in particulas minutissimas, conseruabis tamen niuem, non transmutabis in aliam speciem. Calefacis autem eandem, desinet esse nix. Siquidem niuis generatio ex aqua est infrigidata, & non coagmentata, nam substantiæ hic coagmentatio est, istic generatio. Sic, quæ fit in minima diuisio, substantiæ diminutio est: Calefactio autem alterius substantiæ generatio, quippe quæ alterarit antea præsentem substantiam, & transmouerit in aliam formam. Quæcunque igitur corpora prima qualitates has alteratrices obtinent, ut aliorum omnium sunt elementa, ita sunt & carnis. Sunt autem quatuor, terra, aqua, ignis, & aer: quæ omnes Philosophi, qui demonstrationem non sunt perosi (omnium autem primum Hippocrates Cōus) testati sunt rerum quæ

generantur, & corrumpuntur elementa esse: & mutari in se
 muicem. Quinetiam esse quoddam commune omnium sub
 iectum: Sed de quibus nunc agere certum non sit. Cæte-
 rum quod plane obseruari uolo, atque contendo, est, ne
 quis animum inducat credere unquam ijs, qui absque de-
 monstratione agunt: nam soli isti sunt, qui à ueritate quàm-
 longissime recesserunt. Verum his solum habenda fides est,
 qui demonstrationis energiam ut perosi non sunt; ita uerita-
 tem solummodo consequuntur. Neque est quod æquè de-
 ridendum iudices, atque quod ausi sunt quidam Philoso-
 phorum sibi nomen usurpare, qui de nulla re pronuciare
 se audere liquido sunt confessi. Hæ uero lachrymæ unde
 sunt, nisi quod demonstrationis essentiam penitus ignora-
 runt? quibus ob id si credat aliquis, hunc ego illis ipsis esse
 multo stultiorem iudico. Nam perinde mihi facere uidentur,
 ac si lineis ignoratis discere quis uellet defectum solis:
 & priusquam numeros cognouisset. Studiosos igitur om-
 neis commonitos uolo, qui stolidos istos, ac stupidos do-
 ctiores euent non minus, atque ipsos Syrenæos scopulos.
 Quam ob causam uero? quod sæpissime unà secum abripi-
 unt in præceptis, qui se eis adiunxerunt: seducuntq; ad simi-
 leis rationis tenebras, notissimo hoc prouerbio, Qui iuxta
 claudum habitat subclaudicare discit: Neq; enim potest in-
 doctus & stolidus præceptor, doctos reddere discipulos, ac
 solertes. Cui malo quantumuis contagioso, paratum unicū
 hoc remedium est, ut Dialecticis rationibus quis accuratissi-
 me instituat. Quibus qui eruditus est, hunc ne Circe qui-
 dem à ueritate seduxerit, ac circūduxerit: ijsq; ob id totis ui-
 ribus incumbendum censuerim. Nam colligunt, ac perstrin-
 gūt omnia certius, quàm ut possit quod uerū, aut falsum est,
 ulla ratione præteriri. Digressionē hanc tametsi ab instituto
 uideri possit alienior, rei dignitas mihi extorsit. Inuenimus

autem elementa, non carnis solum, sed omnium corporum quæ generantur & corrumpuntur, esse quatuor, quæ in hoc quæsiuimus, ut sciremus nulla esse alia, & partium similitudinum principia. Reuersi itaque ad institutum, pronunciamus, Ex quatuor elementis passis inuicem, & comixtis, unum fieri corpus simile, quod secundum mixturæ suæ qualitatem sensibile sit, uel non sentiens. Quoniam partes similes omnes quod in commune dicam, temperamenti ac mixturæ differentiam sequuntur, utque temperamenti natura postulat, ita simile corpus aut os fit, aut caro, aut arteria, aut neruus: Nam plus habent in se ignis aliquæ quàm aquæ, plus aëris quàm terræ. Et proprietas, quæ habet quoduis simile corpus, in sui item temperamenti proprietate consistit. Quo pertinet quod leonis caro multo siccior est, & calidior, nam & animal hoc siccitate, & caliditate excedit, quàm caro ouilla: Id quod animalis utriusque ingenium nobis interim declarabit. Siquidem ferox leo est, & animosus, neque aliunde istud, quàm ex temperamenti caliditate, & siccitate: Sed ouium mores quis ignorat? Inter quæ animalia si hominem constituas, si corpus huius inquam cum illorum conferas, hominis quidem, temperamento est mediocri inter calidum & siccum leonis, & frigidum ac humidum ouillum. Leonis ergo caro sicca est, atque calida: Ouis frigida & humida: Caro autem hominis temperata. Verum ne arbitremur omnia humana corpora temperamento æqualiter affecta esse, alius hominis temperamentum non raro calidius est, alius frigidius: quomodo differre poterant Dionysius aliquis, ac Philo. Differunt autem & bis per omnia exercitatorum, & desidum corpora: Sexu uariatur, & ætate supra quàm dici potest. Fient itaque temperamenti corporum similitudinum differentiarum simplices quidem quatuor, secundum & naturam, & numerum elementorum, calida, frigida, humida, & sicca: Differentiarum compositarum itidem quatuor, humidior simul & calidior, frigidior

gidior & humidior, siccior quidem & calidior, siccior uero & unà frigidior. Vnum nanq; uere temperamentum est, cui nonum locum attribuerunt, in quo prædictæ qualitates æquo omnes conueniunt; Sed quod imaginari facilius possis, quàm inuenire. Quam ob rem alia temperamenta suis locis, & naturis sunt satis tēperaturæ: ut qui eas habeat non nimium intemperatas, sibi uiuat sanus: De quibus legēdi temperamentorum sunt libri, nunc reliquum est (quoniam inuenimus bonitatem, & malitiam simularium corporum, in moderatione, & immoderatione elementorum consistere) uitia & morbos earundem partium distinguere. Haud enim morbida est propterea, si quæ particula est infeliciter comparata. *Distinctio uitiose & morbose con?rua.* Distinctio autem hæc principiū habebit à notitia utriuslibet: ut non ignorant, qui libros de demonstratione cognouerunt. *Sanū corp.* Quærendum est igitur, quæ sanæ constructionis corporis notæ sint, quæ corporis ægrotantis. Sana quidem corporis constructio, liberas habet, & inoffensas operationes eas, quæ sibi per naturam sunt attributæ: Aegrota, impeditas habet easdem, & oblatas. Cum uero sanus aliquis reperitur, qui alio sano debiliores habet operationes, non offensas tamen: tum illo intemperatior hic est, quamuis nō egrotet. Et temperatissimorum corporum habitus unus est, ut paulo ante ostendimus, octo sunt intemperatiores. Nullus autem morbus temperatus est, quoniam morbus quædam intemperies est. Tertio loco sunt salubres (ut ita dicam) intemperies, quibus degit quisque pro suæ naturæ temperatura salubriter. Ut demum hæc tria, quendam habeant inter se respectum, sanitas, ægritudo, & tertio medium quiddam quod interim neutralitas appellabitur. Si uero quisquæ est, cui hæc inter sanos differentia cordi nō est: puta, ut sani alij temperati nominentur, alij distemperati: is alterutram cogetur opinionem concedere, uel ad unum omnes homines ægrotare, uel unam esse omnium hominum temperaturam,

uirorum, mulierum, infantium, adolescentium, senum, pu-
gilum, operatorum, ocioforum, fortium, & debilium. Sed
cum utraq; opinio hæc non conueniat ulla ratione, dabitur
mihi tertiam esse quandam sanitatis latitudinem, sub qua
maxima sanorum corporum pars contineatur: atqui distin-
guas corpora secundum magis, & minus. Nec defunt in ar-
tificum operibus ad hoc institutum similitudines. Siquidem
domus, arca, uestis, calciamentum, sella, aut aliud opus
quodlibet alio melior est, aut deterior in constructione ante
quàm læditur, aut corrumpitur. Ideoq; constituerimus in
quibuslibet rebus, triplicem corporis constructionem, opti-
mam scilicet, prauam, & ægrotam. Optima est una tantum
nam deteriorum rerum uberior prouetus semper est, ægro-
tans, & neutra aut praua multis partibus sunt multæ: At, si
differentias quæ secundum magis, & minus sunt, cupias e-
numerare, deficient te uires. Et libet rursus ab ipso usque
principio repetere omnia, in quibus priorem Methodi ar-
tis Medicæ partem consistere demonstraui. Inuentum est er-
go quamlibet artem à finis Notione institui, cum alia ratio-
ne ostendi non possit quot, & quibus principijs, tum & per
quas uias quælibet ars fiat, atque, quod idem est, quomo-
do Methodus inuentionis fini artis copuletur. Quò fecit mi-
rifice, quòd inuenimus, artem hanc unam esse ex artibus
Effectiuis, Architecturæ quadam parte simillimam: quip-
pe quæ possit, cum ab opere faciundo cessatum est, laboris
sui opus quoddam exhibere. Nimirum, recuperatam uale-
tudinem: qui demum finis ille est, à quo Methodum artis
paramus constituere. Sed ualetudinem hanc quis nouit, qui
ex resolutione totius machinæ corporis parteis singulas,
singularum constructiones, singularumq; operationes non
cognorit? In omnibus autem partibus substantiam obser-
uauimus (id est, materiam, & formam quam hæc recepit) ui-
dimusq; restitutioni locum non esse in quibus materia defe-
cit.

*Repetitio
omniū quæ
dicta sunt
de notitia
corporis.*

cit. Ad quæ omnia mirum in modum nobis contulit Architectura, qua parte nouum opus ex integro ea non ædificat, sed restituit, & emendat quæ in opere suo uitiata sunt, aut corrupta, huic enim parti ostendimus artem Medicam esse similem, dum corpus hominis non fingit ipsa, sed quæ in eo partes uitiatæ sunt, aut amissæ, quoad eius fieri potest, restituit. Quod cum sit, fieri haud potest quin Medicinæ artifex omnes particulas norit in humano corpore: his autem cognitis, naturam quoque corporis præscierit, cuius lapsus est medicaturus. Non cognitis uero partibus solum, sed & constructione earum, & uniuscuiusque partis, operatione. Operatio autem ut integra est, aut uitiosa, ita constructionis bonitatem, aut uitium declarabit. Parteis omneis uel similes esse ostendimus, uel instrumentales. Simplicescque nostro sensui uidentur, quæ similes sunt: unde & corporis sensibilia elementa uocabantur. Earumque ortus, nam sunt & alia secundum naturam simplicia, ut breuissime ex quatuor Elementis est, inuicem confusis per totum. Quæcunque enim edimus, ac bibimus, constant ex his quatuor: Et comesta, potaque in sanguinem mutantur, ut postea is in ueluti rorem quendam, qui à uirtutibus (quæ singulis partibus datæ sunt administratrices) dispergitur, attrahitur, affigitur, & assimilatur. Isti rori posteritas quandam differentiam attribuit, ut aliam ipsius humiditatem rorem appellarit, aliam Cambium, quandam etiã gluten: Cuius qui quatuor genera faciunt, Primum genus uocant humorem in-nominatum, postea adijciunt tria hæc genera. Quibusdam uero particulis similaribus origo ex semine est, & in prima generatione formantur: quamobrem amissa, deficit nanque materia, restitui non possunt uel à ministro Medico, uel ipsa Natura. Earundemque partium substantias nosse, operæpretiũ est: ut enim in his quatuor elementorum est mixtura, ita aliam habent, atque

aliam & substantiam, & proprietatem. Quinetiam magnitudo, conformatio, numerus, & earum compositio est in singulis obseruanda: Quod certissimum adeo compedium est ad cognoscendum parteis instrumentaleis, cum ea quatuor in his peculiariter, ac proprie animaduertantur. Non sufficiat autem Medico, nosse, quod ex calido, frigido, humido, & sicco inuicem confusis per totum, quælibet simplex particula generetur, nisi singulatim per unamquamque ingressus uiderit, quæ cuiusque sit temperatura: ut, quæ ossium sit, quæ carnis, neruorum, uenarumque, quemadmodum ex temperamento rum libris compertum est abunde. Cæterum nec simplicium illarum partium cognitione, satis euadet eruditus Medicus. Et superest non solum ut quæ in instrumentalibus partibus compositio, formatio, numerus partium, ac situs sit, compertum habeat, sed & excutiendum est omne morborum genus, & sanationis accommodatissime. Quo quia facient constructio, & operatio singularum partium, libet post partium examinationem, deinceps nunc & de his tractare. At uerbis consequi haud possum, quam singularum partium cognitio constructionis æstimationem sit adiutura: Imò quid dico adiutura, cum his incognitis non solum constructio, & operatio, sed ferme quicquid in Medicina simplicissimum est etiã, cognosci non possit? Constructio itaque integranc, an uitiosa sit nemo cognorit, qui singulas parteis ex quibus hæc constituta est, ad unguem non præscierit. At neque ignorabit numerum earundem, quantitatem, formationem, & situm, hæc autem ferè in instrumentalibus potissimum, nam concinnitas, aut uitium compositorum corporum in hisce consistit. Nec passiones alibi sunt (ut liquet in superiori illo cruris examine) quod nisi ossibus tot, articulis, ligamentis, ac musculis, tam magnis, tum figura tali, & situ formatis comparatum esset crus, incessui haudquaquam conueniret. Eadem uero ratio in musculo est, qui inoffense nunquam moueret, si à cerebro.

rebro immiffus neruus, ſibi quatuor iſdem modis non conſtaret: Niſi etiam muſculus partibus ſuis omnibus ſic eſſet confirmatus. Solus enim neruus mouet: Cui auxiliantur uenæ ſuppeditando nutrimentum ex ſanguine: Arteriæ, uiuidum calorem ex ſpiritu. Sicut & caro, panniculi, & quæcunque muſculis præterea inſunt, eos confirmant ac tutantur. Neque muſculus aliqua parte abſq; motu derigeat, neruus per totū ipſum filis ac fibris minimis diſperſus eſt. Per eundem uero neruum ſtat, ne muſculo ſenſus deficiat: qui uis enim neruus ſenſu, & motu præditus eſt, licet motui duriores inſeruiant magis (ut ſunt quos mittit poſterius cerebrū) molliores ſenſui magis, quales ſunt ab anteriori cerebro. Ad conſtructionem uero inſuper hoc attinet, quòd optima eſt ea, praua, uel morbo affecta. Verum ut operationes optime procedant, aut contra, debemus conſtructioni bene, uel male cōparatę, ſingulariter. Et licet inuenire ut partes, ita & operationes duplices: Alias ſimpliciū partiū quidem, alias uero compoſitarum. Id quod ſuperius, exemplo cruris, euidentiffime monſtratum eſt, ubi oſtēdimus cruris propriam operationē inceſſum eſſe, ſed in quo reliquæ partes omnes, quæ ſingulatim in crure ſunt, ſimul operentur, non primo, aut proprie quidem, ſed per accidens, ſecundario, aut quomodocunq; uis nominare: at interim obeant ſuas unā quaſdā, & proprias operationes. Ut uero conſtructio non ubiq; optima eſt, ita nec operationes ſunt omnes iuxta bonæ. Optima nanq; conſtructio ſolum, ædit operationes optimas: prauasq; ob id, quæ praua eſt conſtructio: Sicut quæ morbo affecta eſt, læſas ædit atq; offenſas operationes. Atqui morbus eſt qui operationes impedit, optimasq; aut prauas morboſas efficit. Quæ omnia eò ſpectant, ut per artem hanc, dictæ partes in naturali ſua affectione, conſtructione, & operatione conſeruentur, & ſi qua exciderunt, reſtituātur. Vnde & Medicus prænouerit, quibus amiſſis parata ſit facilis

redintegratio, quibus non item. Neq; ob id uulgaris ingenij est, quærere quæ generata ex semine sint, quæ ex sanguine ipso: promptum est nanq; restituere hæc, illa negatum est. Quodq; ad priorem partem constitutionis artis Medicæ pertinere uisum est, quòd ad Methodi eius constitutionem, absolutum purato: Reliquum nũc esse iudico, ut alteram eius partẽ simili ratione prosequar, absoluãq; ut initio sum pollicitus, Methodo quadam uniuersam artem Medicinalem.

NATURA AUXILIORVM.



Artis Medicæ constitutionem duobus generibus sum complexus, Corporis cui admouentur auxilia, cognitione: & auxiliorum natura. Priori illi Coronis adiecta est, naturæ auxiliorum nunc Methodus apparabitur. Quæ cum quatuor generibus comprehensa sit, Medicatiua ratione, Præseruatiua, Resumptiua, & quæ tuendæ sanitatis est. Medicatiuam rationem siue Methodum, quæ *θεραπευτικὴν* nominatur, primo aggrediar. Medicatiua autem hæc Methodus perficitur tribus generibus, Arte, quæ proprie curatiua uocatur, Arte agnitiua, quæ locorũ affectorũ notitiã pollicet. Et tertio, Arte præfagica, quã Græci Pronosticò dixerunt.

*Ars medica
tiua.*

Curatiua.

Ars igitur Medicatiua seu Curatiua proprie nominata, incipit ab affectione sanorum, & ægrotorum corporũ: uidetq; reuera moderatum esse quod sanum est, siue corpus simile sit, siue instrumentale, quod uero ægrotum est, modũ id excessisse: Morbus enim aliud est nihil, quàm immoderatio quædam. Et iubet mox à principio inuenire cõmunẽ omnium intentionem: hanc adeò magni illius Hippocratis, Contraria sunt contrariorum remedia.

Secundum, postea, unumquodq; genus contraria.

Quando (deinceps) natura indicationis intentionẽ præstare possit,

possit, quando non possit: Quando uero ad tempus nō possit, Quandoq; partim ipsa p se possit, partim naturę auxilio. Cōmunis intentio tradita est ab Hippocrate cum alibi, tum apho. 22. li. 2. Contraria esse contrariorum remedia. Quapropter in morbo: quem pauloante nihil esse aliud dixi, quā immoderationem quandam: sanatio constabit, si eadem uia in contrarium reducas, quod naturę suę modum excessit: neq; enim alio modo suę naturę quicquam restitueris. Ex his autē quę omnīū maxime huc faciūt, est naturalis in qualibet parte dispositionis cognitio: quā ut nemo sciet ipsa parte incognita, ita facillime sciet quisque, si parteis singulas, et tum constructiones, tum operationes omnīū partiū adamusim cognorit. Quę autē quia tradita sunt in prioribus, operæpretium faciet, qui omnia illa memorię commendarit, excrcueritq; perpetuo studio. Si namq; singularum partium naturalis dispositiones quis non ignoret, & iuxta morbos uniuersos in numerato habeat, quid erit facilius, quā ut naturę excessum in quauis parte diiudicet, & quocunq; loco fieri potest in proprium & naturalem modum reducat. Contraria autem illa Naturę, id est, morbos, in superiore Methodi parte omnia tribus generibus obiter comprehēdimus, scilicet intemperie, mala compositione, & solutione continuitatis. Intemperatura, corporum similarium proprius est morbus. Mala compositio: non adeo quam prauā diximus, sed quam ægrotam: instrumentalibus proprius. Continuitas soluta, utrique generi communiter accidit, quod genus nemo cognouit me prius. Morborum itaq; qui partibus similaribus proprii sunt, genus summum est intemperies. Ea simplices habet species quatuor, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem: non temperamentorum illas, sed intemperaturarū: nam utrobique locum habet, sicut & coniugatę quædā formę quę nunc sequuntur. Compositas uero species item quatuor, caliditatē simul & humi-

ditatem, caliditatem & siccitatem, frigiditatem pariter & humiditatem, frigiditatem & siccitatem. Et sunt cum materia nonnunquam, nonnunquam sine materia: nisi quòd humiditas sine materia nunquam est. Atqui in iisdem simplicibus membris obseruandam esse docuimus magnitudinem, formationem, numerum, & situm qui in singulorum partibus est, certí, quòd instrumentalium tum quoq; partium nò uulgarem cognitionem simus consecuti. Quandoquidem uniuersi partium instrumentalium morbi, in iisdem quatuor consistunt: sicut & constructionis earum bonitas, & operationū quædam beatitudo. Ideoq; in omnibus instrumentaliibus corporibus, quorum substantia ex compositione est, bonitas, malitia siue uitium, & morbi consistunt in iisdem quatuor, magnitudine, conformatione, numero, & partium positione, aut situ. Quæ si affecta præter naturam, aut contra naturam (nam idem est) fuerint, morbi erunt partium instrumentalium; Cuius uero generis: Malæ compositionis. Verū inuenimus solutionem continuitatis aut unionis, quæ amborum partium communis sit morbus. Eiusq; differentias quæ accidere similaribus solent, superius studiose explicuimus, unde qui uolet ea deligat, quæ partibus instrumentalibus possunt conuenire, aut requirat in libro de morborum differentijs, hic enim tempus postulat priora duo genera suis quibusdam differentijs nunc fusius explicari, & ad curæ rationem aliquòd producere: quod & proderit maiorem in modum ad secundam illam inuentionem, qua sumus ad quodlibet genus contraria singulatim inquisituri. Quapropter, ægritudines iam dictas medendi ratio iubet in contrarium suum reducere: In similaribus quidem, calidum præter naturam ad frigidum in eodem gradu, frigidum ad calidum in simili gradu. Siccum in humidum, humidum in siccum, idq; per simplices intemperaturas. Per coniugatas itidem calidum & humidum præter naturam, in frigidum & siccū per natu-

naturam : frigidum & humidum, in calidum & siccum: Calidum & siccum, in frigidum & humidum: Frigidum & siccum, in calidum & humidum. In quibus quidem omnibus clarissime uidetur, eadem semper uia in contrarium duci per Medicatiuam artem, quæ a natura in malum exciderant : obseruato interim ubiq; excellionis gradu. In instrumentalibus autem, noxæ ad contrarios affectus simili ratione ducendæ omnes sunt per eandem Therapeuticen, ut ordine iam certis exemplis patebit. In magnitudine enim, si uel ceri alicui caro supercreuit inutilis, corrodentibus, & corruptibus Medicinis auferenda est. Quod si præcauum sit uel cus aliquod, carnem generantibus medicinis repleatur. Sic ubi peccatum in formatione partium est, reducetur id quoque ad naturam contrarijs modis. Ut uero multæ sunt huius generis species, gibba contra naturam, comprimendo ad naturam redeunt. Sima, & male compressa, sicut in naso accidit interdum, leuamus eodem præcepto. Neq; aliter partibus male asperas leuigamus, leucis inuita natura, exasperamus. Laxiores in hoc genere meatus, coniungimus : æquo conuientiores relaxamus. Cum, quæ natura esse uacua debebant, repleta sunt uiscidis aut grossis humoribus, ad naturæ modum usq; digesta purgamus. Numeri malis sic medemur. Integræ partes aliquæ defunt, aut supersunt, integris partibus corrigitur. Et obseruandum est hanc esse differentiam inter Numeri, & Magnitudinis morbos, quod Magnitudini partium partes deficiant, uel supersint, & partibus eiusmodi additis, uel sublati fiat correctio: In Numeri affectibus sit integris particulis agendum. Sed in hoc genere auferuntur facile quæ supersunt, deficit autem quicquam, unde restitues? Expeditumq; est, sextum digitum amouere, de sideras autem aliquem, quis reponet? Quod igitur tam hic, quàm in alijs generibus summopere omnibus obseruandū erat, est, ut uideamus an promptum nobis sit indicationis

Magnitudo.

Forma.

Numeri.

operæ respondere. Namq; morbi effigies corruptionis solūmodo modum indicat, quæ an corrigi rursus possit, non iuxta declarat. Vnde uero id constabit: In artibus quidem Effectiuis nō accipitur id à Notione rei quam paraturi sumus, sed à potētia uel impotētia causæ efficientis primo, post à copia, uel inopia materiæ: uideas em̄ res easdē alijs esse factu facillimas, aut possibiles saltem, alijs non item. Sicut rursus alio, atq; alio tempore res fieri posse, aut nō posse. Quod ad causam attinet, eorum quæ circa corpus salubriter fiūt, Medicus autor est: Naturæ tamē integrum est facere quædam, quædam Medico. Natura fractum, aut curuatum os nō potest rectificare, sed quod possit Medicus. Medicus ita reponere luxata potest, natura non item. Verum ut carne replere cauum ulcus, non admodum naturæ operosum est, ita, ut Medicus faciat, fieri non potest. Natura sic maturat ulcera cruda, ut Medico negatum est: Præterquam quòd Medicus in hoc naturæ suffragari potest, dū ulcera, quæ sunt immunda, purgat medicamentis, ut facilius carne repleatur: Et quæ digerenda sunt, maturantibus medicinas imponit. Illis etiam Medicus imponit, quæ generandæ carnis facultatem obtinent. Rursus autem natura nō potest de integro facere, quæ in prima animalis formatione confinxit, si amiserimus quædam, ut uenā, arteriā, ligamentū, neruum, & alia id genus spermatica, quemadmodum nec Medicus. Cæterū positio partium instrumētaliū morborū genus est quartū, in quo peccari potest, ut simplicis membri situs naturæ cōpositionis non respondeat: atqui corrigetur, si ad pristinum naturæ statū retorseris. Id quod fiet si quæ inuīta natura antrorsum abierūt, retro agas: quæ retrorsum, ante. Quo modo habēt & reliquæ positionis differentia, supra, infra, dextrorsum, sinistrorsum. Nam & horum ægritudines contrarijs emendantur. Hinc palām est adhuc, Medēdi rationem ab ipso statim principio inueniri uelle tria hæc, Communem omnium intentionem.

An amissa
restitui possint.

Suus partium

intentionem.

intentionem, de qua actum nunc est : Ad unumquodq; genus contraria : Quandoq; possit intentionis indicationi natura respondere, aut non possit. Quæ res nemini faciles erunt, nisi qui eas quàm plurimum, & etiam atque etiam exercuerit. De primo autem satis iam multa uerba fecimus, ex quibus si quæ facere huc uidebuntur, transtuleris : Restat ut secundum genus inuentionis aggrediamur, quod præcepto iubet ad unumquodq; genus contraria inuenire. Sed profunt huc non mediocriter generales illæ formæ, quas in primo hoc explicuimus : Nimirum, oportere nos in partibus similaribus alia calefacere, alia refrigerare, humectare, aut siccare alia. Sicut in compositis uel instrumētalibus magnitudinem quidem diminuere, uel renutrire.

Numerum uero tota particula uel augere, uel minuere.

Conformationem ad formas quas natura uoluit, reducere.

Qua gratia uacuamus quæ repleta sunt, replemus quæ sunt male uacua. Obstructiones exopilamus, patulas contra naturam particulas, & hiantes congregamus.

Clausa, & densa naturæ suæ reddimus, hic rarefaciendo, istic aperiendo.

Positionem malam, prout ubique intentio est, alia ratione non corrigimus per differentias positionum ante, retro, supra, infra, dextrorsum, sinistrorsum ducentes.

In communi ambarum partium morbo, quæ est continuitatis solutio, incommode solutorum & separatorum facimus unionem. Cui affectui ne desit auxiliorum materia, ipsum aliquanto uerbosius prosequemur, præter superius dicta.

In luxatione articulorum habet locum hic morbus, ubi animaduertendum est, ossis summitatem, siue caput, quod ex alterius ossis modiolis, uel heminula excidit, non discedere solum ante, aut retro, sed in quamlibet etiam aliam positionis differentiam,

Quamobrem si os ad superiora per musculi contractionem elapsum, ad naturalem positionem cupis reducere, duplici indigebis intentione: Quarum prior est, ut infra abigas: altera per quā suo acetabulo rursus inferas. Ex quo manifestum est repositionem nullam fieri in luxatis posse, nisi in contrariam antea partem contendas, quod luxatum est. At hoc facere nemo potest absq; fortibus & contentione, & comprehēssione, sicut cuilibet esse manifestum potest. In quem ergo usum ueteres inuenerunt figuras quasdam, et auxiliorum instrumenta, quibus luxata comprehenderent, & reducerent: Vt constet, hæc etiam auxiliorum instrumenta contrarijs modis accommodata (sicut alia omnia siue medicamēta sint, siue alioqui cibi, potus, aut, ut uerbo dicam, quæcunq; alia corporibus adducuntur) affectiones dictas ad naturæ habitū restituere, quæ restitutio sanatio dicitur. Cōsiderabit autem Medicus auxiliorum materias, dum prædictas intēssiones earum usui accommodat, ne decipiatur. Est enim ubi quæ affectui cōtraria uidebantur, & facere ad morbi sanationem, similia sint, & morbum augeant cuius sanandi fuerat institutum. Quale est, quod frigida sæpe calefacit per accidens, calida refrigerat. Frigida nanq; obiter infusa, corpori obsistit, & facit meatus conuēssere, à quo calor inter nus, expiratione prohibita scilicet, augetur, & fortificatur adeò, ut non raro materiam quæ in corpore collecta perperam est, plane consumat. In cuius exemplum ac testimoniū ne longius abeam, perscriptus est Hippocratis hic Aphorismus, tumores ac dolores articulorum sine ulcere, tum & podagras, atq; conuulsa, large infusa frigida plerunq; leuat & extenuat. Calidam uero aquam per accidens refrigerare tum ratione, tum experientia cognouimus. Ratione, quod cum infundis, rarefacto corpore calorem internum eliciat, ac debilitet calorem naturalem, quem Hippocrates innatū appellauit: qua enim alioqui causa uentres hyeme, & uere sunt

sunt calidiores: Quod ad experientiam attinet sic comperi: Ambulaueram aliquando cum æstu feruerent omnia, uno miliario ad oppidum quoddam thermis celebratum egregie, quo cum uenissem, & totum corpus non mediocriter incaluisset, descendi in quendam thermarum lacum qui sudorem abstergerem: Sed dici non potest quàm hæc me in thermis ablutio pulchre refrigerarit. Quod cum admiratus, subinde experirer postea, nunquam aliter inueni. Verum in balneis illis, ut uocant, naturalibus credã facilius eam rem succedere, quàm aquæ dulcis, cum interim dum humectant, istæ etiam tempestiuiter exsiccent corpus, ne ex humectatione abundantiori relicta delassetur, nisi postea sudor eam discutiat. De his autem uerbosissime scriptum est in libris de simplicium medicamentorum temperaturis, unde hæc sufficere huc possunt, simulatq; unum adiecerimus: Nempe, uniuersum auxiliorum huius materiæ genus consistere in oblatiis, sientibus, quæ euacuantur, & his quæ extra inducuntur, qualia sunt quæ topica medicamenta dici solent. Proinde omnia hæc debet qui artis Medicæ scientiam adepturus est, ea uigilantia pertractare, ut non summa quadam materiã, sed uniuersæ materiæ singulatim scientiam obtineat. Nec solum uirtutis habeat exploratam quandam cognitionẽ, sed & totas uires, & exercitatas, expeditasq; usus totius facilitatem compararit: Complexurus deniq; sic omnia causarum genera, ut ad constitutionem ac Methodum artis curatiuæ nihil omnino sit reliqui, & nihil possit ab eo penitus in hac re desiderari.

Peruenimusq; ad tertium genus eorum, quæ mox à principio ars Medicatiua iubet inuenire, id est, quando indicationi possit natura satisfacere, quando plane non possit, aut ad tempus saltem: Quando partim uero possit, partim non. Ad quam rem utilissimum fuerit, libros quosdam meos nõ oscitanter legisse. Vnum qui Zoogonias, id est, de genera-

tione animalium inscribitur, qui etiam de spermate liber appellatur: In quo executus sum, quomodo ex sanguine menstruo, & semine foetus generationem natura instituat, quae membra ex utrolibet, & qua ratione conformet. Alterum, de uirtutibus naturalibus: In illo demonstratur, non pauca in foetu particulas ex feminis substantia, uti materia, cōfingi per uirtutem formatiuam: eoq; minus nos admirari posse, si nihil eorum post infantis partum ædere natura possit amplius, desiderato nimirum semine, ex quo fiât illa post in lucem æditionem. Eiusmodi sunt autem, uasa in animali communissima, uenæ, arteriæ, nerui, quibus particulae omnes gubernantur: atque neruosa omnia alia. Quod & obscure esse uel ex ipsorum facie haud potest: ex anguia sunt enim, & alba, quo sanguinis naturam præ se non ferunt, sed ipsius feminis. Quæ contrà ex sanguine generata sunt, rubent, & per hoc præ se ferunt originem. Ex libro autem de naturalibus potentijs, sciri foetus gubernatio potest: Ideoq; quorum fieri naturæ copia possit nullo alio auxilio, quorum ei Medici auxilio, aliunde nō perdiscitur: ubi porro ea facere nihil possit omnino. Præcipue uero, ubi in his libris agitur de causis formatiuis, deq; substantia earum quæ efficiuntur. Nanque inuenies hic quæcunque factu possibilis sunt, & quæ fieri non possunt: Veluti, num chartilagine amissa generari alia possit, aut aliud quicquam quod pro chartilagine probet. Ossis ita loco natura callum quendam & porum producit, qui in ossè fracto infirmior nō est, quàm si ipsum sit integrum. Num denique post generationem, aut partum animalis, septo transuerso simile quid, cordi aut iecori possit simile, aut cuiusque alijs particulae generari, aut reparari. Ne autem hic singulatim omnia, & copiosius prosequar iubet institutum, quod non est animalis generationem, aut potentiæ naturalium Methodum, sed Medicinæ artem constituere: Digressi tamen huc sumus, ut quæ

quibus

quibus factu possibilis sint, inueniremus. Neque ignorandum est, ex prioribus duobus generibus huc quædam pertinere: ut sunt, quæ Medicus solus, quæ sola possit natura, & quæ communi opera utrunque. At proportio quædam est & respectus, siue cognatio inter Medicinam, & Architecturam in his quoque rebus: quæ ob id apertiores fortasse fient, si aliquam ex Architectura similitudinem huc transferamus. Quale est, quod sicut lateres novos, & integros ædificator parat, cum quibus permutet qui in ædificio suo corrupti sunt, dum corrigit in eo passiones, idem, cum illis parandis materia deest, non potest: Ita in humani corporis mutilatione nullam poterit natura partem amissam restituere, cuius materiæ nulla sibi copia suppetit: Cuius sunt generis particulae, quæ in prima animalis formatione ex spermate, siue genitura perfectæ sunt. Sunt autem quæ diximus iam, ad Curatiuæ artis Methodum impræsentiarum sufficere uisa, quare superest, ut de arte Agnitiuæ Methodum aggrediamur.

Arte uero Agnitiuæ medico opus esse cõfessus sum, id est, qua locos, siue latetiores in corpore partes male affectas inquirat, eamque ad Medicatiuam artem uniuersalem, secundum genus proposui, cuius Methodus in hunc modum conflat. Qui in corporis superficie morbi hærent, faciliores sunt cogniti, qui corporis profundo latitant, difficiliores. Ne igitur mi Patrophile occultos morbos internoscendi occasione defraudere, quæ cognitio uulgaris Medici opus non est, ostendā quo modo ex ipso affectu locum affectum, latentissimum etiā deprehendas. Quod ut fiat, necesse est sicut in superioribus Methodis factum est, ita hic quoque scire genus eorum, per quæ fieri dinotionem hanc posse arbitremur. Huiusmodi sunt autem, Symptomata: potissimum ea, quæ morbum necessario cõsequuntur. Morbus ipse, qui (ut affectus est cõtra naturam) operationes impedit.

*Morbum
o,?endunt
tria.*

Et causa deniq; est aliqua, unde is prouenit affectus, qui signis suis, quæ notæ Symptomatum dici possunt, iudicatur. Neq; referre puto signum, an Symptoma dicamus, cum signū substantia sua nihil sit aliud, quàm Symptoma, & Symptoma se nobis exhibeat per signa eiusmodi. Ex quibus colligitur, omnia quæ contra naturam sunt, tribus hîsce generibus contineri, morbo, causa, & Symptomate. Et causarum nomine solum intelligimus quæ actu iam afficiunt, non etiã quæ potentia, non aded quæ morbum inducere sunt natæ: quo modo indigestio (tam quæ uentriculi uitium est, quàm quæ uasorum per totum corpus, & iecoris) causa ægritudinis nominatur, uel antequam actu pararit ægritudinē. Symptomatum uero genus (id quod inueniendo morbo potissimum inseruit) tres habet differentias. Prima est nocuentū operationis: Secunda, corporibus accidentia: Tertia, excrementorum à natura sua alienatio. Quas differentias uulgo nominant substantialiter inhærentia, qualitatem mutatam, & exeuntia mutata. Horum causa est mala corporis dispositio, quam mea pace quidem affectum, ægritudinem, passionem, aut morbum appellaris: & à Symptomatis in hoc differt, quod causæ habeat rationem ad ipsa. Iam, quædã Symptomata morbos necessario sequuntur: uocamus autē hæc *παθολογονομικὰ*, quasi dicas morborum siue passionum cognitiua: quæ affectuum conueniet certissima signa existimare. Alia sunt, eaq; morbos necessario haud sequuntur: quæ morborum differentias, magnitudinem, uel mortem ex uolentia morbi significant. Atq; hæc omnia ne quenquam fugiant: præcipue tamē uis Symptomatum, & quæ ipsorum necessario morbum comitentur, ac significant: in laterali morbo ueluti exemplo per ordinem nunc explicabimus, quo affectu membrana quæ costis subcingitur Phlegmone laborat. Morbus ergo Phlegmone est, quam sequuntur accidentia, nam ita fermē Symptomata uocari possunt, necessario

quidem

quidem tumor præter naturam, rubor, & dolor. De prioribus duobus nulla controuersia est: forma solum doloris ergo examinanda erit, & quo loco dolor sit perpendendum. Pungens autem est dolor hic, idq; circa costas: Ex quo docemur, affectum esse Phlegmonem in particula membranosa circa costas. Causa autem quamobrem dolor hic ad costas defigitur est, quia membrana in qua affectus hæret, ibi sustentata est. Et extenditur dolor nunc ad iugulum, nunc ad hypochondria, quæ præcordia uocantur à quibusdam: quoniam membrana eadem in utranq; partem quàm longissime porrigitur. Nec deest causa cur febris continua patiens infestetur, & hoc duplici quidem ratione, nimirum ipsius morbi, & loci partis affectæ. Nam Phlegmone ea natura est, ut calorem alienum in corde succendat, & communicet hunc toti corpori: id quod febris est. Sed positio loci adfecti momentum habet maximum ad febrim hanc, inde, quod situs est proxime cor ipsum. Quorum si alterutrum abesset, non excitaretur necessario febris. Quod hoc modo intelliges: Phlegmone quæ à corde longissime abest, ut si quæ collecta esset in digito, febrim in corde nullã excitabit, quippe quæ putridum suum calorem cordi non posset cõmunicare. Nec propinqua cordi pars aliqua febrile faciet, si frigidus abscessus sit adfectum: frigidus autem abscessus Oedema credes, quod ex pituita collectum molle apostema est: et scirrhum, durum ex Melancholia tumorem. Verum difficultas spirandi inter Symptomata ea est, quæ morbum lateralem necessario comitantur. Propterea quidem, quòd qui affectum patitur locus, iuuat respirationem. Imò non tam quòd magno pere conferat respirationi, quàm quòd instrumenta respirationis dolor non sinat quantum satis est dilatare: Nam inter rumpit spirandi actum, priusquam necessitas, & utilitas eius sit completa, dum cogit festinare ad actum secundum, priusquam mora quam natura postulabat sit interposita. Eadem

uero incommoditates paruum faciunt spiritum, & frequentem. Quinetiam pulsus mutatio affectum hunc, uelit, nolit, consequetur, cum cordis, quod uitalis uirtutis sedes est, fiddissimus expressor pulsus sit, & interpret. Qui ob id nō possit principis sui affectum modis omnibus non representare, quoniam arteriæ pulsu suo cordis dispositionem æmulatur, & latum culmum non discedunt, imō ne pilum quidem, ut constat ex libris pulsuum. Pulsantq; hic arteriæ magis ocyus, frequentius propter locum quem Phlegmone obsedit neruofum: neque caret tensione quadam, & duritie. Hæc sunt accidentia, quæ lateris morbum necessario sequuntur, tametsi quædam ex ijs quæ posthac dicentur, ea sint efficacitā, ut possint inter necessaria referri: tantopere, ut si quis faciat id, non sumus magnopere refragaturi. Ex horum numero est autem, quod decubitus in affecta opposita, uel utraq; parte fiet laboriosior. Quoniam cū duo membrana hæc latera habeat, alterū exterius quo costis adhæret, interius alterū quo in thoracē spectat, si Phlegmone partē exteriorē grauius afficit, facilius reclinatur ad opposita, nā in eodē latere cubatio abscessum cōprimat, & offendit. Si interna grauius, tolerabilior in eodē latere cubatio est: Dolebit enim affectus magis, si in oppositā partē se reuoluerit hic patiens, eo quod perdeat malum: Dolebit autē minus cubatio in latus affectum, quia malū non solū non cōprimetur tunc, sed ueluti acquiescet, & reclinabitur ad costas. Neq; prætereundū est, quod Phlegmone in interna parte huius membranę plerumq; generetur. Verum, si utranq; panniculī partem æque molestat morbus, neutro in latere suauiter cubatur. Et ex hoc signorum genere est, quod dolor alijs ad hypochondria descendat, alijs ad iugulū & clauas usq; differatur. Sed duplex eius ratio est: Partim fit namq; ob naturā patiensis mēbri, partim ob Phlegmones Symptomata. Istius ratione, quoniam panniculū qui costis subcingit discedit usq; ad iugulū, & per totum

diaphragma distēditur. Cū igitur panniculū hunc Phlegmone alius corripit, clauē deorsum cōuelli uidēt. cū interius dolor hypochondrijs cōmunicatur. Oportet autē ad unguē circa medias costas esse Phlegmonē, cuius dolor ad alterutram partē nō perducitur: Sicut, cū magna est, utraq; haud instrenue perturbat. Resudās insuper à Phlegmone uirus, subtile quod cōspicit in corpore, accidit propter ægritudinē, & particulā affectā: quēadmodū & alijs quibusdā locis usuuenit, ut sunt os, & oculi. Nā ex humoris influxu affectus est, & is rarā particulā incubuit, quod si densa esset aut glabra pars hæc, nō æquē uirus trāsmitteret. Proinde, quādo cūq; simul & multa, & subtilis humiditas abscessum hūc colligit, & pars cui inhæret rara est, quid aliud, q̄ quod multū uirus effundetur? Contrā uero cuius manifestum est, paucam hic materiam non multum esse diffundendam, ut paucissime, ubi & materia fluxa, sic enim nominant quod influxit, grossa est, aut simul etiam pauca, & corpus densum. Accedit huc, quod ubi paucissima est materia, tussis commoueatur nulla expuendi successione: Quæ cum multa est, tussunt pariter & extussunt multum. Quo fit, ut tussis coniuncta sit in separabiliter cum pleuritide, id est, morbo laterali. Sed quā pari necessitate sputum non sequatur, sequatur tamē quā plurimum. Ad hoc si expuunt, necessario sputū coloratum est, licet nō eodem semper colore: Siquidem humiditati suæ color respondebit, & non minus uarium erit colore suo sputū, quā ipsa pleuritidis materia. Quod eo spectat, ut scias pleuritida fieri posse ex quolibet humorum quatuor, ueluti sanguine, flaua bile, quā & Græci, & Latini simpliciter bilem uocant, pituita, & atra bile: præterquam quod à bile, post sanguine frequentissime accidat. Ac propterea quando superfluitas, quæ ad panniculum hunc abscedit, sanguis est, sputum erit rubrum: flauum, quando superfluitas eadem biliosa est: si autem quum pituitolum est quod morbum

fecit, spumosa expuuntur. Et nigrum est sputum quando de fluxus hic aduritur, siue sanguineus ille sit quidē, siue biliosus. Quæq; ad interiorum affectuum cognitionem summo pere factura sunt, exposuisse hoc modo nos arbitrare: Sed faciunt non minus ad cognoscendum tum passionis differentiam, tum ipsius materiæ. Affectui autem eiusmodi cognoscendo diximus singulariter conferre affectionem eius: eam nimirum, quæ ex ipsis Symptomatis perspecta est. Atqui si hæc quispiam uolet enucleatius perpendere, sciat omnem rem decem ferè generibus comprehendi posse, quæ omnia ex prædictis his ita elicias, ut ad eorū similes casus, id est, latentiores morbos, sint tibi quàm maxime lumen allatura. Sunt autem, Substantia laborantis particulæ, Coniunctio uel consortium eius cum alijs partibus: Non minus autem operatio, partium utilitas, ægritudinum ipsarum generatio, causæ earundem, Symptomata, morborum & Symptomatum differentia, magnitudo, & mos, siue natura ægritudinis. Quibus percognitis, qui fieri potest, ut uel occultissimarum ægritudinum rationes non penitus perspiciat Medicus? Actum est autem de plæriscq; alijs suis in locis, partim in corporis cognitione, partim in hac ipsa auxiliolorum natura, ob id magnitudo morbi, & mos eius edocendi nunc sunt. Magnitudo censetur ex morbi, & accidētium eius sequitia. Morè ex eius, & Symptomatum quæ hūc sequuntur, differētia metimur. Et, ne longius huc exēpla petamus, in laterali statim morbo biliosus humor pnciosissimus est. Qua causa uero, nisi quòd infestissime corrodat, & digestioni resistat contumacissime, eoq; nil difficilius expurgetur: ut taceam, quia ex adustione generatus est, posse uel propter caliditatem summe infestare. In eadē porrò ægritudine sanguineus humor & mansuetissimus est, & dulcissimus, neq; digestionī quicquam minus obstitit. Alij duo humores sunt mediæ cuiusdam naturæ, in obediētia, & cōtumacia. Quod ad

*Res decem
facere ad in-
ternorū
morborū
cognitionē*

*Magnitudo
morbi cen-
setur.
Mos.*

ad sputum attinet, incommodissimum est in hoc affectu nihil expuere. Nam indicat materiam in Phlegmone infestius obsessam esse, quàm ut dimitti ex ea quippiam possit. Vnde quid speres fore, nisi quòd materia contra naturam sic intus detenta corrumpenda sit, & putritura: non purgatam uero, iugulaturum esse hominem? Quandoquidem autem contraria sunt contrariorum remedia, salutare omnino est, si quid expuatur. Quod si pariter & cito, & absq; dolore, & facile fiat, res plane in uado est: potissimum si, quod expuitur, digestum sit.

Symptomata insuper quæ morem ægritudinis significant, habentur ex prædictis illis pleraq;: & alia ad hoc quæ cum morbo consentiunt, ut desipientiæ, inappetentiæ, urinæ deiectiones. Quippe, quæ, si praua sunt, malignum ægritudinis morem significant: Sin bona, uel prima illa non usq; adeò pertimescenda sunt, morbi significant mansuetudinē. In quibus omnibus, solummodo etiam atque etiam exercitati possunt felices esse, cognoscereq; morbum, locum affectum, morem, magnitudinem, ac differentias morbi: At cognitis ijs, quæ nos beatitudo maneat uide: Constat quo sit morbus euasurus, salutaris ne sit an minus, idq; cum recte præsumimus, faciunt nos apud homines pronostica deos, uirtutes narrant patientes. Quid tum postea? Quæcunque præcipimus obtemperant ægroti, credunt sua nobis corpora, & uitam uniuersam, conferuntq; emolumentorum uim inexhaustissimam. Accrescit uero gloria, res, honor, existimatio, & affinium celebritas ea beatitudine nobis, ut nemo sit omnium hominum, qui nos felicitate queat superare. Et est quo gaudere familiarissime poterimus, quòd nempe auxiliorum usus tam nobis futuri sunt expediti, ut salubri illo ueterum oraculo non perinde indigeamus, quo præceptum est, à leuibus medicamentis auspicatos, salubriter ad magis magisque fortia procedere. Neq; horrescet Medicus ad impe-

ritum patientem accersitus, metuens, si non protinus cognito affectu, nihil instituat remediorū (ut in hoc præceptū pessimus quisq; temere audax est) quòd imperitior iudicetur: Nanq; in animo semper habebit hoc meū. Quid curas Medice si morbū, & eius causam ignoras? Cogita perfecte cognitum morbū sanatū esse dimidium. Contidētissime nos ad eò ad curationē ægritudinū accedimus, quibus in uotis solū est, ut quæ multis uigilijs recte ueteres inuenerunt, & tuto, & feliciter experiamur. Nō quidē in simplicibus tantū medicinis sed & cōpositis: quoniā ex simplicibus nostra tēpestate misere cōposita perficiūtur plerunq;, cū simplicia æquo plura nemo cognorit recte, & res summa indoctis pigmentarijs leuiter committatur. Reuersi autē ad institutū, iubemus hæc omnia ad tēpestiuū auxiliorū usum referre: Quocirca, quāprimū ijs quæ præ manibus sunt, finē imposuerimus, de recto quoq; auxiliorum usu per ea quæ dicta sunt, ratiocinabimur. Deinceps ergo sicut uno iā exēplo morbi dinotionē, et suscipientiū hunc particularū declarauimus, altero ita quodā non dissimili adhuc faciemus: Quæ à corpore excernunt, possunt ad latētis, atq; interni affectus agnitionē haud instrenue iuuare. Vbi si de corpore quod male habet simul excernitur aliquid: fieri potest manifestū ac certum & de laborāte particula, & ipso particule affectu iudiciū. Quam ad rem dabitur excerni corpus aliquod: quod si fit, nō obscure colligitur membrum aliquod ulceratum esse. Excrementum uero ipsum si habet in se membranosa, locum qui affectus est, docet membranosum esse. Eandem deniq; rem locus male habēs, & regio per quā excrementū fertur, exquisitius edocēt, deducuntq; proprius iam ad malū ipsum, & locū eius. Nimirū si infra deijcitur, intestinorū significat ulcerationē. Si per uomitū supra exit, affecti uentriculi nota est: Ut quæ tussis eiecit, arteriæ asperæ segmēta arbitramur. Quorū si aliquid egreditur cū urina, uesicæ, aut colli eius, qui colis nominat,

ulce-

ulcerationē ostendit. Quinetiā facere possunt hæc ad cognitionē, uel distinctionē potius, locorū, qui primo & proprie affecti sunt, & qui aliorū contagio, ceu per consortiū ægrotant. Circa quā distinctionē nos oportet minime negligētes esse: sæpe enim alio etiā loco malū sentiūt, q̄ cui primo & proprie inhæret. De qua re instituere nos potest principatus, & uulgaritas partium, earūq; magnitudo, & paruitas, sicut, postremo, & causarum efficientiū aduentus. Nanq; occurrerūt mihi non pauci qui inciderant in melancholica Symptomata, tametsi illorum cerebrum non fuerit infestis dispositionibus affectū. Et plærīq; oculorū suffusionibus laborarūt, quarum causam alibi quā in capite inuentā esse nō ignoramus. Cum em̄, dum quæreremus causam, in laborantibus digestionē, & superfluitatum collectiones obseruarent, pro nostra suspitione reuera offendimus seminaria mali in ore uētriculi esse collecta. Id qd̄ uestigio nobis probauit experimētū: Nā quāprimum correctus uentriculus est, malū euauit, & idē malū exasperabat ab omnibus, quæ uētriculi os male habuerunt. Quoniā uero nō locorū affectorum notitiā in uniuersum hic, ut nec aliquā ullius partis Medicinæ Methodū absolute profeq; nobis certū est, sed ostendere solum cuiuslibet Methodū, & quomodo fini artis copulet, necessariū est, ut seorsim q̄sq; exercitet q̄ plurimū in libris, ubi ex professo unumquodq; pertractatum est. Paululū uero aliqd̄ his adijcimus, ac erimus hoc labore defuncti. Nēpe quæcūq; in hoc lib. scribunt, Methodorū cuiuslibet partis Medicinæ formas tātum esse, nō totas substātias: quæ tum primum erunt, cum suis materijs formæ sunt adiunctæ. Substātiā nāq; ex materia & forma cōstare, nemini est incertum, aut obscurum. At hæc repetitio nemini molesta erit, si cogitet Platonis hoc, *ἡ τῆς τῶ καλῶ*. Ut uero reliquas nunc Medicinæ parteis suis quoq; Methodis singulatim exornemus ad cōstituendā Medicinam uniuersam: pollicitus sum paulo superius agere de

auxiliorum usu & oportuno, & salutari, per decem res, siue genera, quæ facere ad internorum affectuum notitiam magnopere, demonstratum est. Ea uero genera sunt, substantia partis affectæ, coniunctio eius cum alijs particulis, operatio, usus: generatio morborum, causæ, Symptomata, morborum & Symptomatum differentia, magnitudo, & mos ægritudinis. Quo loco, non ignorabit quisquam tria quædam esse, quæ ad usum hunc tempestiuum maximum nobis momentum præstent. Ea sunt autem substantia partis quæ curanda est, figura, & positio eiusdem: namq; substantiæ beneficio morbos agnoscemus qui circa intemperiem consistunt, & in iisdem quo numero discesserint à natura, ideoq; quoto gradu particula quæuis calefacienda, infrigidanda, siccanda sit, aut humectanda ut suæ naturæ restituatur.

Triado ent
tempestiuū
auxiliorum
usum.
Substantia-
Figura.

Ex figura autem, intelligimus quæ figurationis nomine in aliqua parte errata sunt, aut offensa: quamobrem doceat gibba deprimere, leuare quæ sima sunt & depressa: quæ leuia esse natura non uoluit & sunt ita, asperare: contrario modo aspera, leuigare, de quibus in oblæsa partium instrumentalium formatione actum iam satis est. De magnitudine autem eadem figura docet, quantū particulæ à sua natura discesserint: Hinc est quòd unà cum magnitudine ostendat, quousq; per contrarium reducas quod lapsum est, ut nature suæ pollis restituere. In quo conuenit cū ijs, quæ sub intemperie continentur, si gradum animaduertas. Huc pertinent & obstructions, in quibus demonstrat potissimum, rectum euacuationis modum ab orificijs instrumentorum, sicubi istud requiritur. Et hac in re commune habet nonnihil cum ijs, quæ à positione indicantur, quorum hic nihil meminimus, nisi quatenus cōducunt nobis ad digestionem magnitudinis, & ad quantitatem usus auxiliorum. Proinde quæ ad positionem attinent, iam inde enarrabo, commonefaciens, eorum usum morbis qui in quantitatem peccauerunt commiseri.

commiseri. Atque tria hæc, sine quorum cognitione opportune auxilijs uti nemo poterit, exemplis paucis illustrabo, ne uel huius rei Methodum ignorēt Medicinæ studiosi; Obferuabunt autem, positionis indicationes permisceri cum indicationibus quæ cadunt in formationem. In iecoris obstructione mox, & principaliter, conspicuum est quàm conferat auxiliorum usui tempestiuo, iecoris substantiam nosse, nosse formationem, & positionem eius. Cuius scilicet exemplum demonstrepo, ut omnes alij affectus huius modo iudicentur à studiosis. Iecur pars instrumentalis est, & obstructio eius instrumentalis ægritudo. Causam uero habet maximam obstructionis, ipsam uisceris constructionem: Ut enim angustia uiarū in eo est maxima, nihil æquè potest obstructionibus obnoxium esse. Quod ut magis credas, uenæ quæ in gibbo uiscere per omnia summa dispersæ sunt, minutissimæ quidem illæ, copulantur cum ijs quæ in cauo iecore sunt æquè minutæ, idç; orificijs quæ sensum plane fugiunt. At cibus ab uniuerso uentre ad unum in iecoris cauitate locum defertur, quem ab officio suo portas nominauerunt, quod hæc solū cibus ad iecur perferatur, cui aliàs ad ipsum nusquam uia est: quemadmodum ad urbem aliquam ingredi nemo potest, nisi per portas transierit. Distribuuntur deinde ab hisce portis omnia ad uisceris sima, mox, quibus ostēdi finibus, ad gibbum hepar transmittuntur. Ut mirum non sit, quòd crebris oppilationibus hoc uiscus infestetur, quòd propter uiarum strictitudinem, & multitudinem materiæ transeuntis, ad hoc malum sit accommodatissimum. Et cognitionem hanc, substantiæ iecoris acceptam ferimus, quæ quomodo corrigenda sit ac sananda, ex eiusdem uisceris formatione, & positione addiscetur. Curatio est itaq; harum obstructionum priusquam factæ sunt multæ, & febricit homo, subtiliantium ciborum & medicamentorum exhibitio. Cū uero modum excefferunt hæcenus, ut multæ sint factæ, nō

*Positio.**Exemplum
de iecoris
obstructione.*

his solum curantur, sed adhibenda est quoque purgatio. Eaque per quas regiones commodè fiat, formatio, & positio membrorum docebunt in hunc modum: Quæ in cavo iecore sunt, nam eo spectant, ad intestina conuertimus: quæ autem in gibbo sunt, per vias urinarias purgamus, quæ parti huic sunt propinquiores. Neque aliunde, quam à positione & formatione particularum constat, quod ea quæ in thorace, ac pulmonibus sunt, per tussim eijcienda esse compertum est. Similiter quæ in cerebro continentur, per nares esse detrahenda. haud alia ratione quidem (ut redeamus ad institutum) quæ partes Phlegmonis obsessæ fuerint, & harum sanationis occasio sumitur ab ipsidem causis, formatione scilicet, ac positione partis: Nam & harum primo intentio, est purgatio humoris qui ad partem laborantem confluxit, ac Phlegmonem comparauit. Sic, quomodo euacuandum quicquid sanguinis missione sit, scire possumus ex simili partium continentium natura. Eapropter qui defluxus in coxam incubuerunt, cum urinis purgamus: qui in malleolos defixi sunt, & qui secundum uterum continentur, itidem. Quæ circa thoracem mala subsistant & pulmones, uenæ cubitalis sectione corriguntur. Humoralis uenæ incisione, quæ in capite, & collo subsisterunt: Hanc Cephalicam uulgus nominat, illam Basilicam. Et laudatur à quibusdam, ut post hanc ceu uniuersalem euacuationem, si affectus magnitudo id requirit, secentur & quæ in capite, aut alio aliquo membro propriæ sunt uenæ. In quo Hippocratem, ut uidetur, sequi uolunt, qui reuulsionem per diametron præmittit, ac postea quæ in ipsis membris abundant superfluitates, extrahit in eisdem & resoluit. Fit enim, ex uenis quæ parti laboranti propinquiores sunt, & communiores ut optima, ita & facillima euacuatio. Duplex est ergo in his defluxibus indicatio. Altera quæ superfluitatem in particulam influentem reuellit: Altera quæ in partem iam recepta (uulgus Medicorum fluxam materiam nominauit) dif-

fert

fert ac refoluít. Posterior autem hæc obferuatio, non minus à formatione, & pofitione loci affecti fumitur, quam prior illa. Et illa generalis eft, quã Hippocrates ἀντιπασίτων κατ' ἄστυς folet nominare, hæc particularis in ufu auxiliorum. Veruntamen in hac peculiariter obferuatur, ut materia quæ in partis fuperficie pendet, neq; alte in ipfam descendit, minus forti medicamento difpergamus. Si quæ uero in membrum altius descenderunt (cum à manfuetioribus apprehendi medicinis nõ poffint) acrioribus elicimus: Quæ una eft ex caufis, quamobrem componi medicamenta uoluerunt. Et huc fpectat quòd, cum benignius aliquod Medicamentum ad longinqua transferendum eft, calcaris loco potens aliquod pharmacum admifceamus, ne longinquitate, & intercapedine loci quo mittitur, uires amittat. Eademq; caufa topici medicamenti, quæ latinis funt localia, plærunque acciti quicquam adijcimus: Quæ neceffitas obferuari potiffimum uoluit in adstringentibus medicinis, Græci συππικὰ non minauerunt, quia fibi ipsis uiam præcludunt, dum poros faciunt conuiuere. Suntq; alia haud medicamenta, quæ iecur, & uentriculus (principes in corpore partes) æquè defiderât. Tam adeò, ut hic abfynthij quantumuis aduerfam amaritudinem ferat, dum adftrictione quæ in eadem herba eft perfuatur, ut alio quodam loco traditur. Quamobrem fola adftrigentiã, fi intelligimus per feipfa non poffe fufficere, uel non adhibebimus, uel acris quibusdam medicinis corroborabimus ufuri ipsis: Nam materias in eas partes alioqui comprimerent, unde animus erat deriuare. Nec dici potest, quàm ñ peccent, qui fanguinem è pulmone reijciētibus thoracem undiq; adstringentibus medicinis conftipant. Quid enim ifti aliud moliuntur, quàm quòd uniuerfum fanguinem qui in thorace exiftit, in pulmonem ipfum cogunt, & strangulant patientis: Præterquam quòd uirtus medicamenti uifcus non aflequitur. Ac tantum erat fcriben-

dū de obseruatione Agnitīua, ut eius Methodi forma absolueretur: Nam totā substantiā qui uult, ex libris de locorum affectorum notitia consequetur. Submonere hoc etiam libuit, ne cuiquam excidat hanc artem secundo loco esse inter tria, quæ Medendi artis Methodum diximus constituere. Sunt enim ars Curatiua, Agnitīua seu Discretīua, nam *Ἀιανρωσικλῶ* Græci uocauerunt, & ars Præfagica. Hæc autem Præfagiorum ars non postremam laudem habet in ijs, quæ ad curationem faciunt, supra id quòd ad alia quædam non uulgariter sanè prodest, eiusq; Methodum constituere uideatur nunc tempus esse. Perpendere debet autem qui artem hanc instituit, num ut animal quoduis suæ uitæ tempus habet constitutum, morbi sic habeant suę terminationis certum ac definitum tempus. Contrā uero, num fieri possit ut morbus qui debebat produci ad duos menses, in quatuor diebus finiri possit. Interim & hoc animaduertes, an quilibet morbus finiri ocyssime possit. Hodie tam ad præfagia sunt instituta omnia, ut nihil quàm terminations morborū quærant homines: & quiuis Idiota inquirat, quo euasuræ sint ægritudines, dum tamen audire nemo uelit ijs, quæ ad præfagia omnium maxime conducunt, & quæ requiruntur huc, nemo uelit præstare. Aegrotantes enim modo non delirant plærunq; assistentes non minus, nec cauet quisquam exteriora, ubi quid agat Medicus? quomodo futura prædicat omnibus præfagiorum rationibus misere perturbatis? Celeres hæc morbos producant, aut iugulant ocyssime laboranteis: chronicos ac diuturnos ipsa morte abbreviant. Nos ut alia Methodis instituimus, hic quoq; artem præfagā ratione conabimur adornare, hoc factō principio: Si aliqua est ars Pronostica, erunt necessario quæ de futuro tempore certum aliquid in morbis significant. Hæc uero quomodo inueniamus, perscrutari superest: ita ut constet quæ sint ea, & quot sint. Sunt autem quæ de futuro tempore certo ali-

quid

quid significant: quæ cupimus scire nunc quot sint, & Quæ nam sint omnia . Neq; enim effectum habent necessarium omnia , quæ circa ægrotantem contingunt : quoniam inueniuntur quæ morbi, aut naturæ robore, uel pugna amborum haud fiunt quidē, sed extra casu aliquo inuecta, naturæ circa ægrotanteis cursum, ordinemq; perturbant, & interrumpunt . Cuiusmodi sunt nocturni in uicino tumultus, canes latrantes, & nuncia inamcena, quæ patienteis inquietant, atq; reddunt insomnes : Suntq; hæc non minus incerta significatione, quam euentu. Quæ uero ægritudinis ratione contingunt, ea & fiunt necessario, & certo præfagiunt. Præterquam quod peccari potest, si humor superfluous ad principalem aliquam partem intra corpus inexpectate confluat. Potest nanq; parti ad uitam summe necessariæ sic incumbēs subitam homini atq; inopinatam perniciem conciliare. Contrario modo à parte principali aliquis ad ignobilem transferri potest, & salutem ægro non expectatam comparare, tametsi omnium minime id speraris . Circa quos casus quid possint præfagia? Prædicere potest securitatem, uel incertitudinem periculosam Medicus : haud enim præciri potest liquido, quem in locum superfluitas hæc sit incubitura. Quæ si certum iam locum occupauit, pro eius loci usu, aut pretio commodum , uel incommodum prædici potest . Siquidem uirtutum non paucarum quibus animal gubernatur, & earum differentias cognouimus : & quibusdam earum animalis naturam superfluitates , à salutaribus humiditatibus segregatas, purgare. Quæ hoc faciunt, expulsiuæ uirtutes nominantur: illud discretiuis facultatibus attribuitur . Hæ per certos fines exterminant superfluitates, quæ digestionē, cruditatem, indeq; morbi conditionem nobis poterunt declarare. Sic adeò: Ex idonea digestionem terminus ægritudinis nō ita longinquus colligitur, & ipsa infirmitas non usq; adeò insalubris . Ex cruditate summa cum uirtutis debilitate, mors

propinqua conijcitur: cum aliqua uirtutis constantia cruditas, morbi significat longitudinem. Recte aut perperam ipsdem institutis, itidem præfagia recta, uel deprauata sequuntur. Reget autem ad omnia patientes nemo rectius, quàm optimus quisq; Medicus, propterea quòd idem solus est, qui præfagia secundum naturæ profectum administrabit: quippe quo solum autore, omnes præfagiorum circumstantiæ nulla in parte delinquant. Ne autè quis arbitret pro nosticâ artē esse Medicis, qualis est suis pfeisoribus diuinationo, quæ nulla conditione aut medio de futuris ariolatur, sci ri debet in Medicis præfagijs addi, Si omnia fiant recte, ueluti, si fiant recte & conuenienter omnia, morbus (si quis ea natura est) in die septimo finietur: Sin peccetur, at modice, in nonum usq; diem differetur morbus. Grauiori autem peccato, diem undecimum attinget. Sicut à grauiissimo errore usq; in quartumdecimum diem proferetur. Atqui cum grauiissimo grauius peccatum est, quid nisi quòd pro salute certa summum discrimen expectemus. Nanque, ut dictum est, Medicus obseruat robur uirtutis in præfagijs, & uim morbi, quasi luctatores duos: sicut enim isti pro uictoria decerant pugna, morbus ita ac uirtus siue natura contra, & pro salute contendunt. Pronunciat ergo secundum fortitudinem utriuslibet Medicus: de salute quidem si uirtus est potentior, de interitu autem si morbus fortior est. Porrò idem, terminum metitur ex quantitate fortitudinis utriuslibet. Vnde patet, præcognoscendum esse Medico uter sit fortior, morbus, an uirtus, & quanto alter sit altero fortius. Quod ne quis miretur, uidemus sæpe certaminum peritos iudicare ex idoneis solum motibus, ac insultibus pugilum, utri sit cessura uictoria: Iudicantur enim ex libratis motibus & ictibus expeditis uires pugilum, & industria. Similiter Medicus nulla alia ratione sanitatem, ac mortem præsciet, quàm si morbi, & naturæ robur accurate perspexerit. Vir-

*Observatio
ne uirtutis
& morbi
præfagimus*

tute nanque robusta, morbi tempestiuam solutionem expectamus: Timemus autem celerem mortem, si debilis eadem sit, huiusq; temporis fortior ægritudo, & excessus magnitudo, terminum ostendunt.

In hunc modum Medicus est Præfagus. Cæterum quibus modis hoc robur cognoscamus, licet in Crisibus abunde sit declaratum (ne desit quicquam huic instituto) quantum necesse est ad cõstituendam eius rei Methodum, hic paucis perscribam. Virtutis robur proprijs operationibus declaratur, ijs potissimum quæ sunt circa pulsus, nam hi vitalis uirtutis proprium opus sunt. Magnitudo ægritudinis colligi uoluit ex proprijs symptomatis. Quantum uero alterum supra alterum dominetur, ex digestionibus, & indigestionibus cõstabit: quæ ex superfluitatibus partiũ singularũ cognoscuntur, uentris ideo cruditas, uel digestio ex deiectionibus manifesta erit, uasorum ex urinis. Ut, quæ digestiones, uel indigestiones per uniuersum habitum sint, sudores confitentur. Quinetiã aliæ plæruncq; particule sua quædã excrementa emittunt, quibus digestio, & indigestio similiter manifestatur. Quo modo thoracis propria sunt, quæcunq; extussuntur. Quæ circa renes, & uescicam subsistunt, compli-cantur ijs quæ urinis insunt. Per deiectiones eadem ratione produntur, quæ in cauo iecore uirtus obit, quæq; in Mesenterio. Superioris uentriculi, & oris eius, id est, stomachi affectionem præ se ferunt, quæ uomitu enjciuntur. Quæ screatus excernit, faucibus debentur: quamobrem quomodo in eis habeat digestio, & indigestio, ipsa declarant. Emuncta sic è naribus, & palato, cerebri uirtutem expediunt.

Est autem communis in his omnibus obseruatio, quòd morbi cuiuscunq; partis, solutionem frustra expectamus, antequam in superfluitatibus quæ à se proprie egeruntur, signa digestionis appareant. Id quod tam uerum est, ut, siue auribus laboretur, siue oculis: Aut pars

*Virtutis ro-
bur cognos-
citur.*

*Vis morbi
aut utrum
superet do-
cent excre-
menta.*

alia quæuis sit ulcerata : nulla plane salus expectanda sit, priusquam aliquod digestionis specimen propria ipsorum retributa nobis extulerint. Subijciam ergo, ut hoc tandem munere defungar, duo hæc Theoremata. Digestionis celeritas significat salubris Crisis certitudinem. Cruditas extrema, uel diuturnior, & sedimentorum malitia Crisis defectum, labores, mortem, uel recidiuas significant. Hæcque obiter sufficiunt ad Methodi pronosticæ constitutionem, quæ docuit ægrotis ex robore uirtutis salutem, ex morbi uiolentia perniciem, aut ipsam mortem deberi. Quorum si quis, ut dicere soleo, totas substantias requirit, nostros de pulsibus, Crisi, & Criticis diebus libros relegat, ubi quæcūque ad hanc pertinent operam studiose inueniet absoluta. Videmur autem his tribus generibus medendi artis Methodum non instrenue perfecisse. Cæterum pollicitus sum non hanc solum, sed uniuersæ Medicinæ Methodū siue artem hoc libro institueret: idque plerisque eius partibus confectū iam est tã in Theorica, quàm Practica, tamen si ars tota sine Theorica nihil habeat, reliquum est ergo qui de salubribus nunc, præseruatione, & resumptione, quæ ferè ex usu Medicinæ, id est, practica supersunt, simili demonstratione ac Methodo artes constituam, ut uniuersæ Medicinæ ratio sit absoluta. Quapropter eos qui corpore se habent inculpate, custodire in ea ipsa integritate nos oportet: Sed quod alia ratione fieri non possit, quàm per artem salubrium, quæ tuendæ sanitatis ratio est. Qui uero ad ægrotudines tendunt, prohibemus ex arte præseruatiua. Si qui contra ex ægrotudine resurgunt, ad robur integrum ac sanum reducemus: quod nobis beneficium præstat ars Resumptiua. Quorum omnium nunc Methodos ordine construam. At dictum est omnia quæ contra naturam sunt, triplici genere contineri, causæ uidelicet, morbi, & Symptomatum. Ex quibus causæ sunt, inter quas sibi locum uendicat Præseruatiuū artis genus: Quando enim uel

humorum

Præseruat.

humorum multitudo, uel prauitas, uel obstructio, uel corruptrix aliqua uis corpori inoleuit, periculum est hominē opinionone citius laboraturum, nōnunquam adeo uitæ periculo. Causæ autem eiusmodi cognitu difficiles sunt, priusquam actu iam afficiunt; ut uenenum ex morſu canis rabidi, cuius nullum in corpore signum extat, donec qui morſus est homo rabiât, cognitu difficile est. Cumq; occultius suos affectus parent hæ causæ, operæpretium est Medicum de omnibus diligenter interrogare patiētes, & exquisitè omnia Symptomata perdiscere. Symptomata uero hæc media sunt inter sanorum & ægotantium Symptomata, ut ex eis cognoscere possimus, aliquam in mole corporis plenitudinem suboriri, aut mali humoris uim aliquam: ut nonnunquam & uisceris alicuius obstructionem. Deq; Symptomatis eiusmodi sic iudicato. Quæcunq; sanis hominibus insunt, ea se habent secundum naturam: Quæ si in ægotantibus obserues, contra naturam erunt affecta, eamq; ob rem magnopere uitiata: Et, quoniam contraria sunt, si componas propius facillime innotescunt. Quæ uero media esse diximus, sub eorum quidem genere sunt, quæ laborantibus usuueniunt (nempe, lædentium naturalis operationes) differūt tamen in eo, quòd infirmiora sint, quàm ut istorum modo impediunt operationes partium. Talis est, capitis, aut alterius membri dolor leuior, quàm qui lecto affigat laborantem. Itidemq; alius quilibet morbus erit, qui consuetas operationes non obtundit. Et is quolibet in loco esse potest, in capite, præcordijs, ut ferè nominantur hypochondria, aut alia parte aliqua. In horum numero magis adhuc habētur corporis tumor, macies, pallor, lassitudo & remissio ad motus obeundos, aut uigilię, dummodo non prohibeant naturalis operationes. His uero adhuc magis inappetentiã, caninus appetitus, utrunque enim fit in corpore non omnibus numeris perfecte sano, si sit maior, aut minor quàm pro mediocritate, nulla alioqui

causa: morsio circa uentriculum percepta, uel os eius, quod iam olim stomachus nominatur, aut aliàs labor in iisdē partibus. Si namq; affectus omnes, eorum sunt qui ad morbum iam parant adspirare. Porro affectuum qui naturam sic infestant omnium, correctio fit (superiorum modo) per contraria, quandoquidem uniuersalis hæc ubiq; sanatio est. Quod si membratim rescire correctionē hanc, & obire animus est: plenitudinem euacuabis. Quæ cum, ut in libro de plenitudine scriptum est, non fiat uno modo: si uires grauatur (grauatiuam nominare soleo, & cōstat ex humoribus corruptæ qualitatis, quibus omnia membra, aut unum aliquod delafatur) purgaueris causam eius. Si uasa replet, cū scilicet quantitas humorum infestat sine aliqua mala qualitate, ut sit ubi uel sanguis abundat solus præter modum, uel omnes quatuor humores simul: non raro enim utroq; modo peccatur: Et hoc diximus à quibusdam κατὰ τὸ ἕχθρα πλῆθος nominari: euacuaris, ut sic ad cōmunem omnium intentionē, id est contrarium, sanatio referatur. Si utrunque pariter afficit, utroq; modo iussit occurrere ratio, tum euacuādo quod abundat, tum quod malum est purgando. Quicquid autem alteratione sola redire potest ad naturam, singulari hoc curatione alterabitur tantum per contrariam temperaturam. Nec differt ab eodem curandi genere, si attenuet quod crasum est: quod uiscosum, incidas: Ingrosses prætenue, & digereras utrunq; pariter. Sicut, aperias & expurges, quæ male sunt obstructa. Sunt uero quædam toto genere contra naturam, quæ à Græcis ἀλλήτρια uocantur, Latini uenena appellauerunt: quæ uel modis omnibus uenena sunt homini, id est, quæ à tota substantia, proprietate, aut forma specifica uenena dicuntur: Vel inimica solummodo qualitate, præcalida, seu præfrigida. Ut omnia hæc triplici, uel ut breuissime, duplici genere possint haberi: Isto modo, à forma specifica, caliditate, aut frigiditate uenenosa: hoc, à proprietate

hæc forma specifica, uel intemperie sint uenena. De illorū genere sunt, Aconitum, uiperæ sputum, & quæcunq; alia mittuntur à uenenosis animalibus. Hoc genus calida, sunt, Arsenicum, calx uiua, & alia plæraq; à quorum summa caliditate cordis substātia, quod unica uitæ sedes est, corroditur: frigida, quæcunq; calorem atq; spiritus condensant hætenus, ut cursum eorum per uenas, & arterias prohibeant, ac deniq; cor enecent ipsum, cuiusmodi sunt opium, Mandragora, Altreum, & similia. In quibus curatio sic habet: Quæ à proprietate uenena sunt, euacuatione per attractiua medicamenta sanātur, nam quauis minima sua parte offendunt: Alijs occurritur alteratione contraria, uel per totam substantiam, uel unam aut alteram qualitatem. De remedijs eorum addam insuper in cōmuni, quòd uarie operentur: Nunc em̄ tuentur hominem impediendo ne ad cor transeant uenena, sicut Theriaca: Nunc alterando ueneni temperamentum, quo modo allium Scorpij morsum sanabit: Dispergēdo materiam superfluum, & unā uenenum ad cutim, id quod efficit caro uiperina: Prohibendo autem uenenum ab humoribus, ne ab ipsis infectis corrumpatur cor, quod faciūt Dictamus, & terra sigillata uera. Attrahendo, cuius generis est, quòd uenenosis morsibus theriaca recens imponitur, uel caro theræ. Veruntamen de plenitudinum euacuationibus, & purgationibus differentia est hoc modo. Cum æqualiter autēti sunt omnes humores quatuor, quod Græci *πληθῶρευ* uocant, per sanguinis missionem, quæ præcipua est, & maxima euacuatio curatur: Opera mox dabitur, sanguine missō, frictionibus, exercitijs, ac balneis. Euacuabit aut̄ tunc quoq; per uenæ sectionē, cū sanguis in toto corpore solus exūdat. Purgatione aliās euacuat: ut, cū bilis utrauis, flaua aut nigra, uel aquosus humor, aut serosa supfluitas corpora male habet. Et hæc purgatio nō fit uno modo: Siqdē quæ i primis uenis cōsistūt, deiectionijs medicamētis purgāt: quæ i alijs, p

urinas ducentibus: Aquosa item, & subtilia. Verum quæ biliosa sunt superfluitates, per purgationem uacuantur, quamuis subtiles sint: Itidem cum his agitur, quæ sunt secundum uenas. Sunt autem per uniuersum quoque habitum superfluitates, ubi, quæcumque subtiles sunt, per sapores discutiuntur: simul uero & medicamenta, quæ corpori admota siccandi naturam habent. Harum etiam si quæ biliosa sunt, purgatione primo uacuantur, post linimentis quæ cuti admoventur. Pituitosis humoribus hæc parata curatio est, cum circa habitum continentur, Salsi quidem purgantur, Acidi uero alterantur, & iuuatur natura ad digestionem ipsorum. Atqui dulcia, quæ his facilius digeruntur, similem naturæ confortationem desiderant his modis: Quies iniungitur, comparatur moderata calefactio, usus ciborum paucorum, & succi boni, uini calefacientis usus moderatus, ad hoc moderata lotio in aquis calidis, postremo cibi, & medicamenta quæ suauiter calefaciunt.

Sed aperiendis obstructionibus optime faciunt, quæcumque subtiliandi naturam habent, siue cibi & potus sint, siue medicamenta, quorum materias quomodo inuenias, ac iudices, traditum est copiose in libris de simplicium medicamentorum temperaturis, tum & in libro de subtiliante diætâ. Hæc pertinebant autem ad artis Præseruatiuæ Methodum.

*Artis resumptiuæ
Methodus.*

Tempus nunc est Analepticæ, id est, artis Resumptiuæ, & quæ tuendæ sanitatis est, Methodos constituere. Analeptice autem, curatio est eorum qui in conualescentia, quæ uera morbi declinatio est, consistunt, morbo iam releuati. His neque causa, neque morbus inhæret amplius, sed extenuatio solum corporis, & uirium debilitas. Idcirco in integrum hosce restitueris usu ciborum, qui sanguinem bonum generare possunt. His si accedant tempestiua exercitia, ut nullam sentiant in corpore superfluitatem excrementitiam succrescere, ita.

ita liberaliter ipsa etiam membra confirmabunt. Cuius instituto quoniam deesse nolumus, libet artis quoque Resumptivæ Methodum obiter effingere: quæ, ut aliæ omnes, & ipsa à finis Notione constituitur. Finis autem eius est, corporis ex morbo leuati ad robur aliquod reductio, per resumptionem uirium: Qui nobis usus & ab alimento euchymo est, & ab exercitijs oportunis. Exercitia tamen confirmant magis, cibi adaugent corpus, atque uires. Exercitijs ita uires iuuantur, quæ superfluitates degrauiare eas poterant discutunt, & commoditate sua pariter confirmant, quod per se possint ultro si quid aggrauaturum est excludere, quicquid profuturum assimilare. Hoc quoque modo conferunt exercitia ad tuendam sanitatem, quam libris sex per totam substantiam alibi, non formam solum prosecuti, nunc forma quadam Methodi exequemur. Eius autem officium est, ut ualitudinem quæ adest iam, conseruet, at corrigat etiam paululum aliquid in ea. Differt ideo pauca hac correctione, à uera Medendi arte, id est Therapeutice, quæ alibi compluribus uoluminibus perfecta est. Nam Therapeutice orbem, & ueluti mare sanationum promittit: hæc paucos tantum lapsus emendat, comparata in hoc, ut corporis habitum qui assidua transpiratione mutatur, in sua natura conseruet salutari diætâ, & paulum aliquid digressum reducat. Id quod clarius sciri uel hinc poterit: In libro tuendæ sanitatis ostendi, calorem naturalem corporis substantiam assidue diminuere, indeque tam intus, quam foris ex eo non parum resolui: Esse uero ob id opus restauratione quadam, ne corrumpatur, aut plane intereat corpus. Quicquid ergo substantiæ siccæ diffusum est, cibo restituitur: Si quid humidæ, recompensabit potus. Subnutritur autem interea excrementosum aliquod uitium (ut nunquam possunt tam synceræ partes ex alimento redire, quam fuerunt quæ amissæ sunt) quod ne lædat naturæ commoditates, cauere solet eadem salutarium ars, sicut, ne mo-

*Methodus
tuendæ san-
nitatis.*

do naturali corporis deficiat quippiã. Proinde (quod ambabus his artibus commune est) si in corpore alicuius accidit solum ut exinaniatur, cibo & potu fiet restitutio: Sin plenitudinem interim aliquam contra naturam contraxit (ut difficulter hoc caueri potest) indigemus exercitijs , quæ si quid boni succi abundat, id faciãt uirtutes assimilare: digerere autem, & expurgare quod excrementitiã superfuitatem pre se tulerit. Simul autem cauendum est ab omnibus, quæ corrumpere possunt bonã ualeitudinem , cuiusmodi sunt causæ frigus, æltus, labor, cruditas, ebrietas, uigiliã, mœror, ira, et quæcunq; possunt tam corporis, quã animi tranquillitatẽ perturbare . Et ars Resumptiua, quæ uires & corpus amissa restaurat, suos patienteis ad alacritatẽ inuitabit: nam ut mœrore confectæ languent & macerantur , ita uigebunt alacritate, & alentur omnino cordis uires. Sicq; animales, & naturales sine his minus possunt, non parum ita multum ab ñsdẽ floridis, ac lætis uegetabuntur. Hæc habent ferè ars Resumptiua, & quæ ualeitudinem tuetur: quas non conueniebat hic omnibus numeris absolue, ut alibi factum est, sed Methodis suis obiter perstringere.

PERORATIO

PERORATIO.



ALIA sum longe sententiā atq; n̄, qui libros ædunt quos ab omnibus non uolunt intelligi. Quo animo esse non pœnituit Aristotelē illum Stagiriten, in ædendis libris de Naturalium au diētia: scribit enim ad magnum Alexandrum, eos se ædidisse ac si non ædidisset, quippe quos intellecturus sit nemo qui se non audiuerit. Quibus autem in ore fuit illiberale hoc, σκότησεν, quis ferat quæso? Propterea mi Patrophile meus est mos, ut, quæ potissimum ad rem facere non dubium est, summa quadam omnia repetam: idq; passim in libris meis nominare solco ἀνακεφαλαιόω. Nam quorsum die & nocte tantum uirium insumerem, desudaremq; in studijs, nisi quæ sic elaborata sunt sperarē profutura esse quàm plurimis: profuerint autem non intellecta? Quo spectat in alimētorum facultatibus hoc, quamuis plenissime alat uia uox, meos tamen libros eo esse doctrinæ genere conscriptos, ut ex eis possint, si qui sedulo exerceant quidem, longe doctissimi euadere. Exerceant autem, quoniam usus frequens omnium magistrorum præcepta superat:

Solus & artifices qui facit, usus erit.

Simili igitur Anacephalæosi repetere libitū est, quæ de Medicæ artis institutione perfecta nunc sunt. Vniuersam hanc artem duobus generibus sum cōplexus, ueluti, Notitiā corporis cui adhibentur auxilia, & natura auxiliorum. Quibus age uideamus an artem Medicam non minus feliciter cōprehenderit, quàm qui in Theoricam, & Practicā eandē torā diuiserunt. Theoricā, nam istorum rationem prius enumerabo, parteis faciunt res naturalis, non naturalis, & contra naturam. Rerum naturalium habent septem, Elementa, temperamenta, humores, membra, uirtutes, spiritus, & operationes. Nec desunt qui colores, qualitates corporū, differentiā sexus, & ætatis his adijciant, & faciant undecim.

Non naturalium habent fermè sex coniugationes, aërem, cibum & potum, laborem & quietem, somnū & uigilias, purgationem & retentionem, atq; animi demum accidētia. Res contra naturam apud eosdem sunt, Morbus, Causa, & Symptoma. Practicam ij & suis quibusdā speciebus prosequuntur. Quidam instituit Medicinam hoc modo:

Εἰ μὲν ἴατρικῆς.

θεωρικὸν μὲν, τὸ διὰ τῶν καθολικῶν λόγων, καὶ μεθόδου ἐπάγον ἐπιπλῶν τῶν κατὰ μέρος γενῶν. τὸ δὲ αὐτῶν μέρη.

βασιζόν τὸ μὲν σημεῖον.

τὸ δὲ αἰτιολογικόν.

πρακτικὸν δὲ, τὸ διὰ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς. τούτου δὲ μέρη.

τὸ μὲν διαίτητικόν.

τὸ δὲ χειρουργικόν.

τὸ δὲ φαρμακωτικόν.

Qualis est ferè eius Methodus apud Hippocratem de honestate. Ut uero ad nostra redeamus, duo hæc ceu capita totam Medicinam complectuntur, Notitia corporis quod auxilia recipit, & Natura auxiliorum.

NOTITIA CORPORIS.

Medicina, ut quodam loco scripsimus, Scientia est sanorum, ægrotorum, & neutrorum. Vt quidam finiuit, Est scientia, qua corporis affectus tam sani, quàm morborum cognoscuntur, ut præsens conseruetur sanitas, & amissa recuperetur. Huius constitutionem in hoc libro apparauimus à finis Notione: quæuis enim ars ita constituitur. Finis autem is erat, partium in humano corpore male affectarum restitutio, quod alibi diximus esse sanitatis acquisitionem. Ex quo per spicuum fuit, opus ipsum quoddam exhibere, quàm primū cessarit ab operatione: esseq; ob id artem effectiuam. Quo lo

eo cum inquireremus, cum quam arte alia Effectiua proportionem haberet, inuentum est non esse Architecturæ admodum dissimilem, imò uero quàm simillimã, ubi Architectura quæ in suo ædificio corrupta sunt restaurat: Neq; em̄ Medicina extruit corpus humanũ, sed Deus & natura. Medicina aut̄ corrigit quæ corrupta in eo sunt, nunc sola, nunc & Medici auxilio: sæpe relinquit Medico soli omnem operã quoniam suus hic minister est. Si uero in corpore humano uitiatã corrigere debet hæc, sciet quæ recta in eo sint, & incorrupta. quæ quoniam ex idonea cuiuslibet partis & constructione, & dispositione discenda sunt, singularum partiũ eadem cognitionem habebit, constructionum item, & operationum uel memoriter. Quocirca per dissectionem totius corporis in singulas parteis, quæ Anatomia nominatur, omnẽs particulas cognoscet. Idq; nos experti, inuenimus omnes eas partes esse similes, uel instrumentales. Videriq; similes simplicia corporis elementa, tametsi conflata sint ex quatuor elementis communibus confusis per totum: In hisq; obseruare iussimus substantiam, temperamentum, magnitudinem, numerum, formationem, & situm parti cuiuslibet proprium. Ex quatuor autem postremis constat potissimum cognitio instrumentalium partium: ut qui ea quatuor in similaribus obseruarit, non possit instrumentalium iudicationem ignorare. Partium ipsarum cognitioni accedit notitia constructionum, & operationum item, tam primarum quàm accidentaliũ. Quo loco admonere uisum est, unice conferre, ut ossium primo notitiã studiosus consequatur, quoniam reliquæ partes (cum ceu fundamentum hæc sint totius corporis) eorum figuræ modum sequuntur. Ex animalibus autem reliquis ab homine, sex alicubi studiosis proposui, quorum Anatomia exerceanur ad hæc nostra. Ad operationes partium duximus operam esse dandam accurate, quoniam hæc demum sanæ partes sunt, quarum operationes re-

ſcē obcuntur: operationibus autē aliqua labefactatis, ægro-
rant particulæ. Quem errorem (nominatur autem morbus)
ars noſtra conatur in humano corpore emendare: Id quod
ueluti tranſitus fuit à priori genere conſtituendæ artis Medi-
cæ, ad alteram illam quæ nunc ſequitur.

NATURA AUXILIORVM

Quatuor generibus abſoluta eſt,

Arte Medicatiua,
Præſeruatiua,
Reſumptiua, &
Tuendæ ſanitatis.

Artis Medicatiuæ Methodum conſtituerunt ars Curati-
ua proprie appellata, Agnitiua locorum affectorum, & Præ-
ſagica. Ars Curatiua ab affectione ſanorum, & ægrotorum
corporum incipit, iubetq; communem omnium intentionē
(hanc ſcilicet, contraria contrarijs curantur) principio inue-
nire. Secundo, iubet inuenire ſingularum ægritudinum con-
traria. Tertio, quid natura poſſit: quid omnino, aut ad tem-
pus nō poſſit: quid partim ea poſſit quidem, partim non. In
tertio hoc genere, uidimus quæ ob inopiam materiæ reſti-
tui non poſſunt.

Ars autem qua locorum affectorum notitiam conſequi-
mur, ſecunda ſpecies eſt earum, quæ medicatiuā artē perfe-
cerunt. Eiusq; Methodus in corū genere eſt, quæ ſunt natu-
ræ contraria, nempe morbi, cauſarū, & Symptomātū. Mor-
borū genera ſunt tria, intemperies, mala cōpoſitio, & ſolu-
tio continuitatis. Non ſatis eſt autē genera hæc noſſe, & per
parteis incedendum eſt, excutiendumq; quicquid in ultima
quaq; ſpecie conſiſtit. Necq; id obiter per uniuerſum corpus,
ſed per ſingulas eius partes quoq; faciendū, ſicut præceptū
eſt libris s. de cōpoſitione medicamentorū pro ſingulis parti-
bus humani corporis, Et libris 7, ad generales medicinas.

Eiuſdem

Eiusdē uero generis est, quicquid non illiberaliter & Practici, ut uocant, perscribere: Qui, ut uidetur, Hippocratē secuti, breuitati uitæ, artis longitudini, alijsq̄, sua opera nō infelicer consuluerunt. Ego uero scripsi de toto genere eorum quæ sunt cōtra naturā, ex professo, in libris morborū & symptomatū: quos legat si quis cupit hanc rem penitius cōtemplari. hic enim sufficit totius negocij Methodū paucis tantū attigisse, & demonstrasse præter decē illas res, quæ locū principaliter aut per consortiū affectū, ipsūq̄ affectū, unā cū auxiliiorū natura, & usu ipsorū tēpestiuo ob oculos ponunt, nihil magis ad auxiliiorū idoneū usum facere omnino posse, quæ substantiæ, formationis, & positionis in qualibet parte cognitionē. Causæ morborū sunt Primitiua, Antecedēs, & Coniuncta: At de causa Coniunctiua præsertim nunc intelligimus, cū actu labefactet ea operatiōes. Symptomatū differentia est, quod alia sunt in substantialiter inhærētibus, ut actione læsa. Alia in mutata qualitate. Alia in exeuntibus mutatis. Et alia Symptomata morbos necessario sequuntur: quæ quia morborū necessaria, & certissima signa existunt, παθολογικὰ dicuntur. Alia sunt, quæ tamen necessario nō comitantur, solent tamen mediocriter, crebrius, uel rarius cōsequi morbos ipsos, quemadmodū in exēplo de laterali morbo minime obscure declaratū est. Quod uero ad morbi rationem, magnitudinis & moris eius cognitio faciat supra quàm credi potest, non erat omnino prætereundum. Cui generi cognata sunt, quæ spectant ad tempestiuum auxiliiorū usum: Ea sunt substantia, formatio, & positio partis affectæ. Quorum si quis conditionem cognouerit recte, præsentissimam habebit expeditionem ad rectum usum auxiliiorū, sicut probatum est exemplo iecoris obstructi.

Præfagicam uero Methodum suæ cuiusdā artis esse ostendimus, ac tertio loco eorum, quæ Medicatiuæ artis Methodum promiserunt, cuius hæ sunt quæstiones,

An sint aliqua in morbis, quæ possint certo quid significare de futuro tempore.

Quomodo inuenias quot ea sint.

Quomodo item quæ sint.

Sunt autem quæ de futuro tempore haud incerte significant, nempe uirtus & Morbus. Virtutis enim, id est, naturæ robur morbi salutem, & citam eius solutionem pollicetur: Vis ægritudinis, & magnitudo periculum promittit, & mortem celerem. Quæ duout cognitiu difficilia sunt, ita certis tamen rationibus inueniuntur, quæ sunt digestio & cruditas. Nec desunt his duabus notæ quibus cognoscantur, ipsa nimirum excrementa, quæ propria quædam sunt fermè per singulas partes. Quo minus autem certo aliquid uirtutem, & morbum significare admiremur, in promptu sunt statim uirtutes quæ excrementa, siue superfluitates illas discernunt, potentiores melius, impotentiores deterius. Quo & scire confert, treis ueluti principatus esse uirtutis, Animalem, Vitalem, & Naturalem: & cuilibet paratam esse per certos finem conditionem. Quamobrem siquæ has offendunt, quales sunt superfluitates, profligant superiorum beneficio, Animalis per nares, palatum, aures, quandoque etiam, tametsi incommodius, per oculos: Nam in cerebro sedem habet hæc uirtus, ut uitalis in corde, naturalis in iecore sedes fixerunt, quæ principales in toto corpore particulæ existunt. Vitalis, ut dixi, regiam suam in corde habet, atque ablegat excrementa quibus oneratur, pulsus per arterias, quæ occulta transpiratione postea dispergunt. Nisi quod ad alas interdum, aut secundum thoracem abcessus mouet. Huius uirtutis proprium opus est pulsus, atque idem quidem, ut nihil ipsam certius demonstraret. Alioqui, quæ tulli eijciuntur thoracis affectionem denotare possunt. Naturalis uendicat sibi totius infimi uentris defectiones, & caui iecoris: ut possis ex superfluitatibus his, coctionem & cruditatem propriarum partium iudicare, Ex cruditate

cruditate autem & digestionē , uirtutis aut morbi potentiā . Sunt & urinæ uirtutis huius recrementa , quæ iccoris gibbi , uasorum , uesicæ , & renum affectiones ostendunt . Digestioni , aut indigestioni accepta ferimus quæ per uniuersum habitum ex eadem uirtute sudores patefaciūt . Vomitus ad os uentriculi , id est stomachum pertinet , deiectio ad inferiorem eius partem . Lac digestionis & indigestionis uirtutem mamillarum , & longius etiam sanguinis declarat . Habēt etiam testiculi suam coctionem & cruditatem , quæ ex genitura manifesta sunt . Communiter uero habent omnes superfluitates iudicium hoc : Solui morbum cuiuslibet partis impossibile est , priusquā digestionis signa in ipsis sint cōspecta . Id quod obseruare interim potest in aurium , aut oculorum exulceratione . Præfagiet ergo optimus quisque medicus tantū (quippe qui de superfluitatibus iudicare solum possit) quem morbum , si fiunt recte omnia , solui quarto , aut septimo die oporteat . Nam si peccatum fuerit , ægritudo uel proferetur , uel conuertetur in interitum . frustra enim suum officium Medicus fecerit , si nam eodem consentiunt ægrotus , assistentes , & exteriora , sicut diuine hoc , ut omnia , Hippocrates docuit & in libris nostris pertractatum est de diebus Criticis . Restat nunc , ut de natura Auxiliorum secundum genus aggrediamur .

Secundum genus in Methodo naturæ auxiliorum , ut dixi , est ars Præseruatiua , Græci nominant *προφυλακτικὴν* : Quæ officium hoc habet , ut , si qui ad ægritudines contendunt , eos præcustodiat , & ueluti à cursu suo ad naturæ salubritatem reuocet . Ex quo palàm est , inter causas ægritudinū ipsam locum habere . Cum namque humorum multitudo , aut prauitas , obstructio , uel corruptrix uis aliqua in corpore oborta est , homo de sanitatis iactura periclitatur . Verum eiusmodi causæ difficiles sunt cognitu antequam actu infestant homines , & prodūtur Symptomatis quibusdam medijs in-

ter ea quæ sanitatem, & quæ ægritudinem consequuntur.

Sanatio autem, ut quævis alia, insuper fit per contrarium, purgando quod male abundat, aut alterando quod infelicitè intemperatum est: atq; id, priusquam actu iam laboretur. Hanc prouidentiam hodie omnes ferè, accipiunt pro custodia, quæ non sinat aliquam in corpore causam ægritudinis coalescere. Nos inceptæ ægritudinis causæ, sanationem arbitramur.

Tertij, & quarti generis unde constituta auxiliorum natura est, Methodi nunc supersunt. Tertium genus artis Resumptiuæ est, quæ ad robur sanitatis eos reducit, qui ex ægritudine leuati conualescunt rursus: quibus nulla uel causa, uel affectus contra naturam, sed gracilitas sola membrorum, & uirtutis debilitas superest.

An sit ergo Analeptice, nemini dubium est quidè. Quid uero sit, sciri potest ex fine eius iam iam utcunq; præscripto.

Et quibus constet partibus, communis omnium morborum curandorum intentio edocuit, nempe curari per contraria.

Cum uero singulorum contraria inuenienda sint in qualibet curatione, uirium debilitas salutaris alimento restituetur, corporis extenuatio alimentum item Euchymo: ita tamen ut res utrinq; tempestiuus exercitijs adiuuentur, quæ omnium maxime corpus confirmant. Causarum & morborum gratia hic nihil laborat, quippe quorum in corpore nihil sit reliquum.

Nouissimum genus quod facit ad naturam auxiliorum, quartum adeo, est tuendæ sanitatis, hoc est salubrium scientia. Quæ differt ab arte medendi in hoc solum, quod in paucis faciat correctionem. Eiusq; Methodum per eandem, ut uocant, Scibiles quæstiones constituerimus, per quas cõfectæ sunt priores illæ. Quod qui uolet experiri, sciat artem hanc esse quæ bonam in hominibus ualetudinem conferuet: eoque resarcire oportuno alimento iacturam, quam calor innatus perpetua

perpetua resolutione corpori importat . At cauet interim per commoda exercitia , ne quid prauæ superfluitatis in corpore suboriatur , quod sanitati possit officere : Quod si collectum tamen est , eadem extrahit à corpore priusquam in grauius malum , & ueram ægritudinem seduxerit hominem : nisi tam paucum est , ut solis exercitijs possit dissolui . Non uidentur autē antiqui temere dixisse , omnem disputationem quæ ab aliqua re instituitur , à fine , id est diffinitione sumere initium debere . Nam diffinitioni finis illa Notio , unde quamlibet artem constitui diximus , includitur : Quod ergo tam ad finem quàm Methodi huius constitutionem attinet , tute periculum facito in Scibilibus quatuor ;

An sit.

Quid sit. &c.

Quidam practicus eandem Methodum profecutus est

Dixta regulari,

Bonæ consuetudinis obseruatione, & emēdatione malæ.

Notitia regularum generalium, &

Prouisione morbi imminentis.

Cæterum quod antehac sepe commonui, postremū nunc dicam , In hoc libello me constituisse Medicam artem , hoc est, ostēdisse quibus & quot principijs , & per quas uias Methodus eius perficiatur , ac fini artis copuletur : Ideoq; formas tantum institui Methodorum per singulas eius partes, ac iussi locis proprijs earum substantias quærere . Quod ne obscurum sit Methodicæ artis studiosis (nam Amethodos, & non diligentissimos prohibeo plane à librorum meorum lectione) placuit subijcere quæ quibus locis inueniantur, ad hunc modum.

ARS ME-
DICA
CONSTAT
DVOBVS.

1. NOTI-
tia corporis
cui afferun-
tur auxilia,
quam edo-
cent libri

Anatomici.
Elementorum secundū Hip-
pocratem.
De generatione animalium.
Temperamentorum.
Vfus partiū in humano cor-
pore.
Virtutum naturalium.
Placitorum Hippocratis, &
Platonis.
Artis Medicinalis.

2. NATV-
ra auxiliorū
Ea quatuor
generibus
explicatur.

Arte Medēdi, cuius sunt spe-
cies tres,
Præseruatīua.
Resumptīua.
Arte tuendæ sanitatis.

Vbi potissimum obseruabis. } Singulas corporis parteis.
 } Constructiones earum, &
 } Operationes.

1.	}	Ars curatiua, tradita cum alibi, tum uero in libris.	}	Simplicium medicinarum temperaturæ.
2.		Obseruatio Agnitua, quæ de locis affectis habetur.		Morbosũ, & Symptom. De fe. diff. Therapeutices. Ad Glauconem. Compo. Medi. ad locos singulos. Compositionis medi. generalium.

3. { Ars Præfagica quam ostendunt libri } Pulsuum.
 } De Crisi.
 } De diebus Criticis.

De his generibus uide libros { Salutarium, sex.
 } Euchymias & Cacochymias;
 } De facul. alimentorum
 } Et alios plærosq; id genus.

Hæc

Hæc sunt autem mi Patrophile , quæ ad Medicæ artis constitutionem pertinere uidebantur , non absolutam quidem illam tota substantia , id est materia & forma , sed forma solum . De qua re promittere possum , in optimum esse , & ab solutissimum Medicum euasurum , qui se in prædictis libris exercuerit adeo , ut omnium Medicinæ partium Methodos totas in numerato habeat , teneatq; ex prompta memoria o-
neis . Quod & multo facilius fecerit studiosus , quã ego con-
scripsi . Atq; id si tu facies , clarissime uidebis quã insaniant
triobolares Medici , qui nullis fundamentis & ratione artis
per practica circumcursitant . Quamq; suspendio digni sunt
Theophrasti scelerati , & qui nescio qua sua essentia : quintã
enim an sextam faciant incertum est : passim omnibus impo-
nunt , trucidant autẽ quã plurimos . Quos nebulones pro
nostro iure deos , deasq; omneis perdere iubemus , & te unã
cum omnibus Philiatris qui rationalissimam ,
eandemq; optimã Medicinam per-
osi non sunt , in secula
ualere .

MEDICATIONIS ARTIFICIO-
SAE FINIS.

20
METHODI CO-
GNOSCENDO-
RVM MORBO-
RVM AVTORE
BERTRV TIO
BONONI
ENSI

UMF



Medicus.



GALENVS Medicinę princeps negat magnificum quid effecisse, qui uel genera, differentiasq; morborum cognouit, nisi per particulas ingressus, singulos carū omniū affectus, tum & quo fiant ubique modo perspexerit. In quem usum cum Practici (ut uocant) legendi omnino uideantur, placuit, exempli modo, Bertruti Bononiensis quędam ut simplicia & aperta, sic & logice, ac non ἀσιοπισως, quod semper laudatissimum esse Galenus censuit, in hoc genere conscripta proponere, unde (notissimo primum Galeno, ex quo nobis sua isti ceu dragmata prodiderunt) qui summi illius herois scripta etiam atque etiam exercuerunt, ad Medicinę practica demum assuescere incipiant, & Galenica nostris temporibus accommodare. Hęc autē, ne & hac parte quis incertus sit, totius corporis morbos, eorum causas, & signa, quę Symptomatum notę sunt, quatuor sectionibus habent complexa: Quarum prima summum uentrē, ubi uirtutum animalium sedes est: Secunda mediū: Tertiā uentrem imum continet: Quartę interim extremitatibus dabuntur. Sed ipso Galeno autore Practicos magnificio. Namq; ut ipse suorum temporum magistros, & qui ante se fuerunt aspernatus non est, sed de industria consuluit circa morborum curationes, & coluit maxime: ut & nostros, inquā, practicos hodie laudaturus erat multis nominibus si superesset, nos ita haud uulgariter admirari decet eosdē, & obseruare, qđ uitę breuitati, & artis longitudini ihs similiter cōsuluerint, quorū medicamēta, ut cōplexus est amore Galenus, ita & nominatim ordinauit.

Cæterū hūc Bertrutiū eo libētius accepimus , quòd ij qbus
 Auicennā euoluere non est integrū , in hoc habeāt ueluti cō
 pendium tertij , & quarti librorū Canonis Auicennæ principis illius. Subiecit autem cui-
 que sectioni tractatus suos , his eti-
 am capita , ut ordine iam inde
 conspicietur.

TAM PARTICV

LARES, QVAM VNIVERSALES PER
 totum corpus ægritudines , unà cum causis,
 & Symptomatis eorundem, secun-
 dum Bertrutium Bono
 niensem.

CAP.

CAP. LIBRI

PRIMI ARGUMENTA.

Sectio prima, Tractatus habet octo,
Quorum

- | | |
|---|--|
| Primus con-
tinet caput,
eiusq̄ mor-
bi sunt, | Soda
Scotomia, uertigo
Subeth, stupor, congelatio
Phrenesis
Lethargia
Vigilia
Perturbatio uirtutum animalium
Epilepsia
Apoplexia
Incubus. |
| 2. Nervos,
chordas, &
musculos,
quorū sunt
morbi, | Paralysis
Spasmus
Tortura oris
Stupor, tremor, debilitas neruorum
Alitatio & oscitatio. |
| 3. Oculos,
ubi sunt, | Ophthalmia
Lachrymositas
Visus debilitas
Fistula lachrymalis. |
| 4. Aures. | Tinnitus aurium
Surditas
Aurium dolor
Vlcera aurium. |
| 5. Nasum: | Fluxus sanguinis |

- Fœtor narium
Odoratus defectus.
6. Os & lingua. Fissura labiorum
Fœtor oris.
Salivæ multitudo.
Vulvæ elongatio
Graucdo & magnitudo linguæ.
7. Dentes.
mala sunt. Dolor dentium
Mobilitas dentium
Corrosio dentium & gingivarum.
8. Gingivæ.
eæ morbos
habent, Fluxum sanguinis gingivarum
Vlcera gingivarum.
- Sectio secunda quatuor tractatibus ab Epiglotti
de ad inferiorem furculam exponit.
1. Gutturis. Anginam
Catarrhum
Raucedinem.
2. Pectoris
& pulmonis Tussim
Asthma, dyspnœan, orthopnœan
Pleuritidem
Peripneumoniam.
Empyema
Phthisin
Sputum sanguinis.
3. Cordis. Debilitatem
Syncopen
Tremorem & ictigationem

Dolorem, apostema, & uulnus.
Lactis defectum & exuberantiam
Auctionem & diminutionem ipsarum.

4. Mamma
rum.

Sectio tertia de Naturalibus est, nouem
tractatibus.

In Tracta. 1.
Stomachi
est.

Digestionis debilitas, uel corruptio
Appetitus debilitas, fastidium
Appetitus caninus
Bulimus
Appetitus corruptus
Sitis
Eructatio
Singultus
Vomitus & animi subuersio.
Cholerica passio
Dolor & inflatio
Apostema & ulcus

2. Iecoris.

Debilitas & intemperies
Oppilatio & duritia
Cachexia
Hydrops
Ictericia
Apostema, ulcus, exitura.

3. Splenis.

Debilitas in suo officio
Oppilatio, duritia
Abscessus.

4. Intestino
rum.

Fluxus uentris
Stypticitas
Dolor extensus, Colicus, & Iliacus, &
Apostemata & ulcera intestinorum.

(lumbrici

5. Ani.

Tinesmos, & pruritus
 Exitus & mollificatio
 Vermes
 Rhagadiæ
 Hæmorrhoides
 Apostema & ulcus.

6. Renum.

Debilitas & intemperies
 Mictus sanguinis, uel saniei
 Calculus
 Diabetes
 Macies
 Oppilatio aut durities
 Apostema.

7. Vesicæ.

Scabies uel ulcus
 Ardor urinæ
 Stranguria
 Dysuria
 Exitus urinæ insensibilis
 Apostema.

8. Virgæ &
testicularū.

Diminutio concubitus
 Satyriasis
 Gonorrhæa
 Apostema.

9. Matricis.

Mensium nimius profluxus
 Mensium retentio
 Præparatio ad conceptum
 Impeditio conceptus
 Pariendi difficultas
 Matricis, & umbilici exitus

Cognitio

Cognitio conceptus
 Mala, & inflatio matricis
 Præfocatio matricis
 Apoltema
 Vlcera, Rhagadiæ matricis.

Sectio quarta, de Manibus & Pedibus

est uno tractatu.

**Extremitati
 bus accidunt,** Ramex uel hernia
 Arthetica passio
 Varix, & Elephantia
 Dolores dorsi
 Gibbositas uertebraum
 Labores spontanei diffusi per totum corpus.

IN LIBRO SECVNDO

sunt morbi uniuersales,

Febris
 Venenatio
 Fœditas cutis

Nam solutionem continuitatis Chirurgis reliquit. Sunt
 autem & hic Tractatus & capita, ut sequitur.

Tra. 1. in Febris Ephemera
quo sunt, Hectica
 Putrida
 Sanguinea
 Cholica
 Phlegmatica
 Epiala
 Lipiara, &
 Horripilatio nulla sequenti caliditate.
 Melancholica

Complicata
 Erratica
 Pestilentialis
 Variolæ, &
 Morbilli
 Crisis.

In 2. Quid sit Crisis, quot modis, & per quas regiões fiat.
 Febris cognitio, quando sit, & quomodo termināda.
 Quatuor temporum uniuersalium febris, significatio
 & in quo futura sit Crisis.
 Cognitio dierum Criticorum, quot & qui sint.
 Qualis sit futura Crisis, qua parte ac die.

3. Venenorum generalis curatio.
 Intro assumptorum propria curatio.
 Foris admotorum propria curatio.

Trac. Decoratio capillorum.

4. Capitis furfures.
 Pruritus & scabies corporis.

Lepra.

Albaras & Morphea.

Saphati, albugesetz, & gutta rosacea.

Dealbatio cutis uniuersaliter.

Ars impinguandi & extenuandi.

Nodi & Verrucæ.

Impetigines, serpigines, ignis persiccus, ignis uolati-
 lis, formica miliaris.

Lentigines, Pani faciei.

Scrophulæ.

EX LIB. PRIMO

SOD A, commune nomen est, apud Auicennam, doloris capitis.

CAUSAE.

MORBUS

Fit à causa	Antecedenti, uel interna,	Cum materia	uentosa hum. fri. ab humorali uen. fri.
		Sine materia	Intem. calida Frigida Sicca. (materia est. Humida, semper cum Phlegmate falso. Chole, corrodenste & exulcerate menyngas
		Solutioe continuitatis, ex	

ACCIDENS fit à causa.

Primitiua,	Primitiua id est, externa, ut	Aere continente. Casu uel percussione.
	Aere, uel uento frigido. Sole, aut balneo calido. Coitu, uel labore superfluo;	
Interna, cū sequitur morbum.	Vniuersalem, ut in febri.	Crisis. Maioris afflictionis.
	Particularibus septē.	Vitio stomachi. malo cibo. repleti, Potu. Iecoris uitio Corruptis humo- Lienis ribus. Matricis. Renum. Mirach. Intestinorum, & quae in eis sunt.

SIGNA.

Complexionis calidæ sine materia.

Calor in capite tactu sentitur.

Oculi uidentur rubei.

Agitatio sentitur intra cranium.

Pulsatio in temporibus sentitur

Admotis frigidis iuuatur.

Siccæ caliditas hæc à causa primitiua est, antecessit expositio
capitis ad Solem

Calidum uentum.

Frigidæ.

Frigus tangentibus occurrit.

Calida conducunt, frigida nocent.

Præcessit ambulatio in aëre frigido, uel
(Boreali.

Siccæ.

Concauatio oculorum.

Sponte.

Præcessit alui profluuiū

Medicamento,

Præcesserint item, Vigilæ

Exercitium

Concubitus

Studium

Sollicitudo.

Narium & labiorum ariditas cum ardore quodam.

CVM MATERIA VENTOSA, ex causa

Primitiua sicut expositione nudi capi, ad uentum.

Humorali, cum illa deest causa.

Tinnitus aurium sentitur.

Vertigo.

Fortis pulsatio sine acuitate, uel pūctura in capite.

Scotomiæ.

Dolor

Dolor mutatur de loco ad locum, quod signum certissimum est.

CVM MATERIA HVMORALI.

Sanguinea. Rubet facies admodum.

Turgent uenæ.

Tempora pulsant.

Salua dulcis est sine causa manifesta.

Somnolentia.

Phantasiæ rubeæ per somniũ, & homicidiorũ.

Dolor non admodum acutus, qui increbescit

Habitus carnosus.

(ante cibum.

Ciborum euchymorum præcessio.

Vrina rubea grossa.

Biliofa.

Facies citrina macra.

Dolor pungens, grauiter acutus, qui augetur
ab hora diei tertia ad nonam usq̃.

Vigiliæ.

Pulsantia tempora.

Somnia ignis & incendiij

Rubedo nasi cum caliditate & strictura, sine humiditate plurima.

Vrina citrina subtilis.

Egestio tincta ferè in modum uitelli.

Pituitosa.

Frigiditas temporum, quæ tactu percipitur.

Dolor grauatius sine punctura.

Somnolentia.

Pigritia in motibus.

Debilitas oculorum.

Tinnitus, & pulsatio temporum propter plurimam oppilationem.

Phantasię de piscibus apparēt, pluuijs, balneis frigidis.

SCOTOMIA, id est uertigo.

Primitiua tri Inuentione rerum uolubilium.
pliciter. Rotatione corporis.
Percussione uel casu.

Morbus, fit
à causa.

Antecedenti, sicut

Ventositate.

Vitio humorum cōtentorum in cerebro.

Accidēs, sequitur morbum uniuersalem, aut particularē.

Vniuersalem.

Vt febrim, quādo significat Crisin futuram per supiora.

Particularem, sicut

Ventriculi
Intestinatorum
Iecoris
Lienis
Matricis.

S I G N A.

Causarum primitiuarum ultro sunt manifesta.

Causa antecedentis, quæ plæruncq; uentositas est.

Tinnitus aurium

Obtenebratio oculorum diuturna & fixa.

Gustus diminutio.

Odoratus item.

Pulsatio temporum.

Antecessio doloris capitis diuturni.

SVBETH, STVPOR, & CONGELATIO.

CAV.

CAVSÆ.

Morbi sunt per se incipiendo à causis in cerebro contentis immediate.

ACCIDENTIA, cum Lethargum,
Febrim Phlegmaticam,
Apoplexiam, Sequuntur.
Hemitritæum.

Subeth, fit ex puro phlegmate, aut uaporibus frigidis.

Stupor, est Subeth diminutum, fit enim ex

Phlegmate, & pauca Cholera.

Vapore non extreme frigido.

Frigiditate sine materia.

Casu uel percussione.

Congelatio fit ex Melancholiâ, qua cerebrum posterius afficitur. Afficiunt autem non tam cerebrum, quam totum corpus, defectu sensus & motus.

SIGNA.

Cōmunia. Impedimentum est in sensu & motu uoluntario, per totum corpus.

Propria.

Subeth. Sensus deficit magis, quam motus, quia prioris uentriculi propria passio est.

Oculi, ergo, semper clausi sunt.

Vocatus, & cōcussus fortiter, principio nō apert oculos nisi in salubri, & ilico claudit rursus.

Stuporis. Somnus tā profundus non est, q̄ in Subeth.

Congelationis. Oculi stant fixè aperti, quia postremi uentris cerebri affectus est. Remanet eo situ patiens, quo deprehensus à morbo est.

Phrenitis, calidum est apostema capitis, circa meninges materioſis cerebri.

CAUSAE.

Morbus est, quando materia per se colligitur in loco prædicto, quod rarissimum est, & causat apostema.

Accidēs, febres calidas sequitur, Cōtinuas & Cōclusas. Continuas, ut Tertianas

Causon
Synochum.

Conclusas, & Continuas.

Cum emunctoria sunt ociosa, & caliditas non expanditur extra corpus: hinc est, quod uiscerum & neruorum febris frequentissime sequatur, quales sunt

Pulmonis
Iecoris
Ventriculi
Pectoris
Matricis.

Hemitritæum aliquando comitatur, præcipue, si calida uehementer sunt, tempus, ætas, & complexio.

DIFFERENTIAE.

Vera dicitur, cum est morbus, & est à causa pure calida: ueluti, sanguine, bile, uel utroq̃.

Non uera, cum est accidens. Sicut omnis alienatio est, facta in febribus tempore Crisis. Dixeris non ueram quoq̃, quæ ex materia non pure calida est, sed mixta cum phlegmatis, aut melancholiæ modico.

SIGNA.

Communia, sunt

Permixtio rationis cum actione furiosa.

Motus oculorum circumcirca.

Rubor eorundem.

Febris æstuosa, cum frigiditate extremorum.

Vigiliæ.

Vigiliæ.

Imaginationum multitudo.

Vrina inconstans, nunc rubea ampullosa, nunc

Pulsus frequens, uelox. (alba.

Sanguineæ. Cū prædictis, faciei rubor, oculorum præcipue.

Magnitudo pulsus, cum uelocitate.

Repletio uenarum.

Habitudo corporis carnosâ.

Antecessio ciborum euchymorum.

Lucis horror.

Dolor capitis.

Lingua nigra inflata.

Vigiliæ plurimæ.

Abominatio loquelæ.

Clamor à somno.

Anhelitus inordinatus.

Vrina grossa rubra spumosa.

Multiplicatio risus.

Cholericæ. Febris continua ualde arsiua.

Saltus.

Alienatio uehemens.

Antecessio biliosorum ciborum.

Pulsus uelox, spissus uehementer.

Ingens desiderium attrahendi aërem.

Faciei & oculorum citrinitas.

Lingua citrina nigra.

Inquietudo iacendi in lecto.

Vociferatio plurima, cum rixa.

Humoribus autem his adustis, omnia sæuiora erunt.

Ad dæmonium usq; lupinum.

Ut magnificatur spiritus.

Palpat undiq; manibus, ceu quærens.

Oculi indigne turbantur.

Si materiæ istæ compositæ sunt, composita erūt & signa.

Non ueræ, In augmento, & statu febris, fortior est quàm in
Accidētis. principio.

In die exacerbationis maior est, quàm in die qui
ctis. Nam in uera quanto est febris remissior
foris, tanto magis ad caput materia rapitur.

Morbi. Maiore est accidentium remissio, quàm in Phre-
nesi uera, quæ morbus est.

LETHARGIA, frigidum est cerebri apostema.

CAUSAE, ET DIFFERENTIAE.

Vera Lethargia, est abscessus causatus ex materia pure fri-
gida, raro tamen ex Melancholia. (co.

Nō uera, ex frigida materia, & sanguinis aut bilis modi-
Morbus quidem, cū materia per se in loco colligitur, &
parat abscessum, quod raro accidit, idq; de phlegmate uel
Melancholia.

Accidens uero est, quando morbum alium sequitur: uelu-
ti, febrim phlegmaticam, hemitritæum minorem, Peripneu-
moniam. In his enim phlegma per calorem subtiliatur, & ra-
pitur ad cerebrum. Vbi & febris nonnunquā perdurat unā,
nonnunquam febris ipsa continua diebus septem finitur, &
solum relinquit hunc affectum.

S I G N A.

Lethargi ueri,

Febris continua.

Phlegmatici.

Subeth.

Oblivio, quia memoriæ sedē occupat morbus.

Vnde

Vnde & os apertū seruat, donec cōmoneatur.

Singultus quandoq̄, ex compassione.

Lingua alba.

Os saliuosum.

Decubitus supinus, licet super latera reuoluas.

Vrina grossa alba uelut iumentorum.

Egestio humida.

Pulsus rarus, satis magnus, undosus, & tremu-

Quandoq̄ frigiditas extremorū cum quo (lus-
dam tremore.

Melancho Oculi manent fixe aperti, non coniuentes.

lici. Febris lenta.

Dolor paulo fortior, quàm in phlegmatico.

Oculorum prominentia.

Quandoq̄, alienatio cum rixa.

Vrinandi obliuio, nisi excitetur ad hoc.

Vrina alba subtilis.

Color oculorum albus ualde.

Pulsus paruus, strictus, spissus, durus, difficul-
ter apprens.

Lethargi Morbi. Mixtura signorum prædictorum.

non ueri. Accidentis,

Cum febrī augentur somnolētia, & pigritia præ-
ter solitum.

Habitudo phlegmatica.

Diminutio sitis.

Taciturnitas loquendi.

Vrina alba grossa, uel charopos.

Rufa quandoq̄ & spissa, propter calorem infer-
tum in grossa materia.

Egestio fluida aquosa.

Alba grossa interdū, sicut phlegma uiscosum.

METHODI COGNOSCEN-
VIGILIAE SVPERFLVAE.

CAVSAE.

Somnum conciliant uapores suaues & mulcebres, qui à cibo bono & debite digeffo feruntur ad cerebrum, uias fpirituum animalium oppilantes, ut fpiritus ij reuocari ad cor multiplicentur, & confortentur de integro.

Contrarijs his caufis uigiliae inducuntur, duplici ratione:
1. Mēbro- Mādantiū, Cū penitus nihil mādāt furfum ille.
rum, ut ftomachi. Cum parum mandat.
Cum mandat uapores mordaces,
aut uenenofos.

Membrorum generationis.

2. Membri recipientis, ut Cerebri.

SIGNA.

Ventulo ob
indigeffio-
nē nihil mit-
tente.

Prostratio appetitus.
Inflatio uentriculi.
Rugitus uentris.
Vomitus phlegmatis uifcofi, interdum
Lienteria præterita.

Parum man-
dante.

Accidit corporibus uel natura ficcis, uel
consumptis alioqui.
Hecticis.
Habentibus fluxum uentris diuturnum.
Superflue laborantibus.

Mādāte ua-
rios et mor-
daces uapo-
res.

Quod febrientibus accidit.
Et, qui habent circa uentriculi os, chole-
ram, aut cibos corruptos.

Veneno

Frigido,

Veneno assumpto.
 Sequitur, Pigritia, & Subecti.
 Sequitur Angustia

Calidò.

Sitis.
 Morsio circa uentriculi os.
 Amaritudo oris.

SIGNA malia

membris generationis.

Sperma, uel menses diu sunt retenti.

Monachis accidit.

Viduis,

Impregnatis, infra quatuor menses.

Facies constat sibi, ac referet infirmus causam.

In uiris tument testiculi.

Somnia lasciuia obuersantur.

A Cerebro. Calefcit & siccatur cerebrum, natura uel acci-
 dente.

Ambulantibus in sole.

Hoc modo

Balneantibus in stupa calida.

Ventibus cibis, seminibus, diureticis
 (superflue.

Causæ primitiua signa, sunt

Ira

Solicitudo Immoderata.

Gaudium

PERTVRBATIO VIRTVTVM

animalium.

Virtutes sensitiua interna sunt tres, secundum tres cere-
 bri uentriculos, Imaginatio, id est Phantasia. Aestimatio uel

cogitatio. Memoria & reminiscencia. Quæ diminuuntur, auferuntur, uel corrumpuntur.

Species. (dicitur.

Phantasiæ qualiscunq; offensio, corruptio imaginationis
Aestimatio læsa, diminuta, uel ablata, Species habet Melancholiam diuisam in amentiam, & melancholiam.

Corrupta, Species habet Maniam, quæ diuiditur in permixtionem rationis, aut alienationem: Maniam caninam, uel dæmonium lupinum.

Memoriæ offensio, communi nomine Obliuio dicitur.

Sex ergo sunt ferè omnes huiusmodi affectus.

Corruptio imaginationis.

Obliuio.

Amentia.

Melancholia.

Permixtio.

Mania canina.

CAUSAE.

Frigidum cum uel sine materia, immobilitatis, quietis, & ingrossationis causa est.

Calidum cum & sine materia, causa furoris, motus & agitationis est. Eaq; causa in cerebro quandoq; cōtinetur, quandoq; afficit aliunde, sanguinea, biliosa, pituitosa, aut melancholica.

SIGNA.

Læsa imaginatio
Imaginantur quod non est.
comunia Putant res se uidere, quæ nullæ adsunt.
Debilitantur imaginando longo tempore.
Somnia nocturna uel nulla, uel pauca apparēt,
& excidunt propere.

A cholera.

- A cholera.** Sunt etiam uigilia.
Motus & instabilitas omnino.
- Phlegma-
re.** Somnolentia & pigritia.
Humiditas oris & narium.
- Melancho-
lia.** Oculorum siccitas,
Aurium & narium frigiditas, sine superfluitate
uiscosa.
- Obluionis** Patiens nihil recordatur, uel debilitate, & breui
cōmunia. tempore.
Somnus profundus.
- Phlegmatica.** Pigritia.
Melancholica. Difficiliter imprimuntur memoriae
species.
Infomneitas.
Res praeterita melius conseruant, q̄
praesentes, aut nuper perfecta.
- Amentia.** Desiderat esse cum pueris.
Pueri modo ridet de rebus quas facit.
Difficiliter potest corrigi.
Fit piger.
Casas extruit luto, & baculis.
- Melancho-
liae com-
munia.** Pusillanimitas & timor sine causa manifesta.
Desperatio in diuitijs, & honoribus.
Aestimatio mala.
Iracundia.
Solitudinis amor.
Tremor.
Vertigo.
Sonitus & tinnitus, praecipue in mirach;

Confirmatæ.	Aliqui se putant esse	Dominos, Gallos. Lupos.
	Demergi, si exeant. Inuerecodos esse, si edāt corā hominibus. Demergunt, aut Enecant se nisi caues.	
In cerebro, Sanguineę.	Cogitationis superfluitas. Assiduitas solitudinis. Constans aspectus in unam aliquam rem. Inclinatio uisus in terram. Multiplicatio risus et gaudiij sine causa ma Tristitia non plurima. (nifesta. Urina rubea spissa. Pulsus mollis. Color faciei rubeus, uel fuscus. Somneitas cum grauitate quadam. Sapor dulcis in lingua, salus aliquando, aut amarus. Habitus carnosus. Venæ magnæ & repletæ.	
Phlegmati- cæ.	Cum prædictis, Pigritia, Obliuio, Grauitas capitis. Risus & gaudium nullum. Urina alba, uel suppallida. Pulsus paruus mollis. Color faciei pallidus, uel albus.	
Cholericæ.	Cum communibus.	Agitatio

Agitatio & instabilitas.

Clamor.

Audacia & rixa.

- Pulsus uelox durus.

Vrina citrina, uel subrufa, subtilis omnio.

Color faciei citrinus.

Habitudo sicca.

Melancho-
licæ.

Præter communia illa,

Odium diuturnum.

Cogitatio plurima.

Nulla ferocia uel rixa, sed tranquillitas.

Vrina subtilis pallida.

Pulsus strictus durus.

In corpore
toto.

Nigredo corporis.

Asperitas cutis.

Liene.

Retentio eorū quę uacuabant̄ ex Stomacho.

Hemorrhoidi-

Mensibus. (b9)

Multitudo pilorum hirtorum.

Antecessio ciborum melancholicorum.

Antecessio se. compositarum uel erraticarum.

Vitio sple-
nis.

Rugitus lateris sinistri.

Oppilatio splenis assidua.

Appetitus insatiabilis, propter effusione
melancholiæ ad os stomachi.

Digestionis malitia.

Febris quartana nonnunquam.

Morsio uentris, quandoq; cum furia.

D

Stomachi. Nausea.

Distentio ventris hora digestionis.
Doloris multiplicatio sub comestione.
Satietas, quæ post digestionem minuitur.

In uenis & arterijs ab-
dominis. Grauitas in uentre sentitur.
Venter supra uidetur trahi.
Nausea inseparabilis, & animi malitia.
Corruptio digestionis.
Ructus acidus.
Sputum humidum.
Rugitus ventris.
Multitudo uentositatum.
Inflatio mirach.

Dolor quandoq; in stomacho sentitur, quan-
doq; inter spatulas, à cibo maxime.

Quod autem ubiq; materia esse potest sang. cholera, phle-
gma, aut melancho. distinctiones in cerebro peccantium
huc possunt aptari.

Fit quandoq; Melancholia à causa primitiua: ut,
amore alicuius rei. Cuius signa sunt,
Relatio infirmi.
Mutatio coloris faciei.
Pulsus, cum amati mentio incidit.

ALIENATIONIS SIGNA.

COMMVNIA: Sunt signa melācholiæ communia,
nisi quòd in permixtione hac rationis simul adsunt, mobili-
tas, agitatio & uelocitas ad actiones nō rationales: tamen
si enim ex simili materia causantur ambo affectus, in melan-
cholia tamen adustio parua est, & quæ sufficit ad ingrossa-
tionem humorum.

Fit & permixtio quandoq; cum febris, propter uapores
adultos.

adustos, qui cerebrum tentant.

Verum sine feбри hic intelligimus, istic magis accidēs est, quàm morbus alienatio mentis.

Maniæ ca Prauitas maxima in accidentibus furore & agi-
ninæ. tatione, quæ dicta sunt de Phrenesi.

A mensiū reten Ventres mulieribus uehementissime infla-
tiōe, aut feminis. tur, & cum dolore maximo.

Loquuntur interdum futura; & mirabilia.

Sæpe, uel indoctæ, literata proferunt, ut uidean-
tur à dæmonibus possessæ.

Monachis & celebibus. femine retēto idē accidit.

Sæpe rigor & tremor absq; feбри.

Dolor capitis.

Vigiliæ.

Tenebrositas oculorum, ut uenenum ex femine
retento cerebrum pertentat, idq; uel assidue,
uel periodice.

EPILEPSIA, affectus capitis est diminuens sensum
& motum totius corporis, cum spasmo uniuersali, propter
oppilationem uentriculorum cerebri, uel panniculorū eius.

Species.

Maior, Est cum omnes uentriculi, anterioris potissimum
cerebri, obstruuntur, caditurq; in exacerbatione, effusis quan-
doq; urina, stercore, aut genitura.

Minor, Cum uentriculi non omnes obstruuntur, & hi
quandoque non cadunt in paroxysmo, sicut & qui scoto-
mia laborant.

Habet affectus hic periodos, uel quotidie, uel mēsis, aut

annis singulis. Et difficilius curatur cum tardius affligit, propter materiæ crassitudinem: Citius enecat, cum frequentius affligit, propter debilitationem, & cordis suffocationem.

Tres autem adhuc species sunt, secundum diuersitatem locorum ubi materia continetur. Nam,

Epilepsia dicitur proprie, quando materia est in cerebro, nec aduenit aliunde causa mali.

Analepsia, quando materia in uentriculo continetur, intestinis, uisceribus, uenis, neruis, aut arterijs.

Catalepsia, cum in membrorum extremitatibus mali seminarium est, ut

Coxa

Crure

Manibus

Adiutorio (corporis.

Musculis per ambitum totius

Hi febriūt plærūq; etiā, ex ebullitione materiæ ascendētis.

CAUSAE.

Fiunt à sanguine, phlegmate, uel melancholia, raro uel nunquam à cholera: quoniam, ut est subtilitas, uias oppilare hæc non potest.

SIGNA.

Sanguinea. Tumēt uenæ Guides in collo, dispositione quadam præfocatiua.

Salua dulcis est sine causa manifesta.

Rubedo, cum fuscitudine quadā in oculis & facie

Vapor sentitur calidus in capite. (est.

Adest stoliditas cum risu.

Vrina ualde grossa est, & rubea.

Phlegmatica. Apparet in urina quiddam, simile uitro liquefacto. Salua est spumosa grossa clara. (est.

Pauor

Pauor adest.

Albedo oculorum & corporis totius.

Pigritia, & obliuio.

Quandoq; uomitus phlegmaticus.

Phlegmatica sunt omnia, ætas, regio, tempus,
prægressus cibus.

**Melancho-
licæ.** Vrina glauca subtilis, cum circulo granoso.
Permixtio rationis diuturna, etiam post paro-
xysmum.
Color oculorū & faciei fuscus, aut plumbeus.
Siccitas linguæ.
Antecessio ciborum melancholicorum, ut, cau-
lium, lentium, carniū salitarum.

**Chole-
ricæ.** Esse non potest, nisi materia adusta uenenosa.
Vrina citrina subtilis uehementer.
Faciei color citrinus subtilis admodum.
Salua amara.
Stoliditas furiosa.
Siccitas linguæ cum siti.
Fortis afflictio hora paroxysmi.
Paroxysmos spissior, sed alijs breuior.

APOPLEXIA.

Est priuatio sensus & motus in corpore toto, cum mollifi-
catione membrorum, propter oppilationem uentriculorum
omnium cerebri, & meatuum spiritus sensitiui & motiui, &
cauernositatum eius.

Species.

Maior est, cum oppilatio est perfecta.

Minor, cum non omnino, quam Galenus diuisit; ut spe-
cies fierent tres.

Sensus autem & motus priuatione, non abfimiles admodum sunt affectus hi duodecim,

Subeth	Apoplexia
Stupor	Paralyfis
Congelatio	Obdormitatio
Somnus longus	Spasmus
Lethargus	Syncope
Epilepsia	Suffocatio matricis.

CAUSA.

Apoplexiæ plæruncq; phlegma est, sanguis rarius.

SIGNA.

Com Mollificatum est totum corpus sine sensu & motu, ferè sine anhelitu, saltem perceptibili.

na. Sine pulsu arteriarum.

Vocatus non audit.

Nō aduenit tam subito, quàm Epilepsia: neq; tam tarde atq; Subeth.

Præsentitur itaq; aduenire interdum, ac uociferatur patiens atq; mugit bouis modo, demum procidit exanimis ueluti.

Nec fit color corporis fœdus ut in Syncope, sed liuidus turgens si à sanguine malum est: squalidus si à phlegmate.

Est plæruncq; sine feбри.

Antecesserunt eam uertigo perdurans.

Scotomia.

Soda.

Inflatio uenarum colli.

Obtenebratio uisus.

Tremor in toto corpore.

Stridor dentium in somno.

Gravitas.

Grauitas.

Pigritia.

Vrina fuerit grossa, plena resolutionibus uarijs, lactea uel palearis.

Accidit uero plæruncq; gulosis & bibulis, aut crassis natura uel diæta.

Maio Puncturas non sentiunt.

ris. Anhelant cum maxima angustia, & spuma.

Anhelitus sæpe nullus percipitur.

Mino Sensu & motu non omnino priuantur.

ris. Angustia adest, &

Anhelitus paucus. quãdoq; inequalis & inordinatus.

Aliquando inequalis & ordinatus, ac satis alioqui bonus anhelitus.

Apertis oculis nihil uidet quandoq;.

Videt quando nonnihil, sed loqui non potest.

A san Rubedo maxillarum, & faciei.

gui- Dispositio repleta quasi suffocandi, cum apparitione
ne. uenarum Guiden in collo.

Facies quandoq; nigra apparet, & rubea, propter sanguinis conculcationem, & caloris mortificationem.

A phle Mollificatio corporis præcipua.

gma Albedo squalida coloris:

te. Mucci narium multitudo, & sputi oris.

I N C V B V S.

CAUSA.

1. Fit à diuturna Plethoria, ratione multitudinis sanguinis in toto corpore.

2. A dominio phlegmatis in toto corpore, potissimum in capite & circa origines neruorum.

SIGNA.

1. Rubedo oculorum.
 Diminutio somni.
 Antecessio ciborum multiplicantium sanguinē,
 ut, uini, carniū, piscium.
 Vrīna rubea grossa.
 Pulsus magnus fortis.
 Habitus carnosus.
 Salīua dulcis, sine causa manifesta.

2. Tarditas ac pigritia.
 Sensuum hebetudo.
 Multitudo sputi, & mucilaginis.
 Mollificatio totius corporis.
 Antecessio otij & ciborum phlegmaticorum.
 Vrīna grossa alba.
 Pulsus mollis latus undosus.

PARALYSIS,

Totius corporis mollificatio est, attamen ut caput totum & lingua sint integra, idq; proprie. Alioqui solius alicuius, aut plurium membrorum mollificatio est, quæ sensu ac motu priuat, aut utroq;.

CAUSAE SVNT,

- Antece 1. Apostema oppilans radices & origines nervo-
 dens, rum, ut spiritu animali qui his inseruit priua-
 ti, mollescant.
2. Humor grossus phlegmaticus crudusq; , oppi-
 lans & imbibens loca prædicta.

Primitiua. Sicut casus uel percussio, quibus
 Vertebrae luxantur, ac nerui qui à nucha procedunt,

dunt, oppilantur.
duntur contundendo.

Vel nerui ac radices eorum læ

S I G N A .

Ab aposte- Vide infra de doloribus dorsi ac gibbositate.
mate.

Ab humo Ab humoribus calidis fieri non posse, propter
ribus. eorum subtilitatem, uidetur, nisi fortassis rarius
ex sanguinis multitudine.

Luxatione Difficultas anhelitus, cum qua aduenit
uertebrearū. Mollificatio membrorum.

Læssonem neruorum ex patiente audies.

Communia signa.

Omnem Paralyfin factam à causa humorali, antecedit ne
cessario tremor, stupor, aut formicatio membrorum, cū mi-
noratione sensus in eis.

Vrina, lactea apparet, uel charopos, propter obtusionem
calidi naturalis ab humore crudo.

Tingitur autem quandoq; per accidens, quoniam cū he-
par & renes compassione sunt debilitata, non possunt san-
guinem laudabilem generare, neq; secernere ipsum ab aquo
sitate urinali.

S P A S M O S,

Est morbus neruofus, quo musculi ad sua principia con-
trahunt, & fiunt inobediētes in dilatatione & cōstrictione.

Particularis, est in quolibet membro.

Vniuersalis, in toto corpore.

Et proprie Spasmos, ubi lacertis interioribus membrum
contrahitur. Nam tetanos dicitur, cum externis contractis
tensum membrum deriguit, quod periculosissimum est, pro

pter delassationem uirtutis. His speciebus poterant subijci
ferè Emprostotonos, & Opistotonos, quæ quid significet,
suis nominibus declaratur.

CAUSAE.

Spasmus, id est conuulsio, proportionem habet ad mate-
riam, ubi fit, ex repletionem uel inanitionem, huc tamen perti-
net caliditas cum materia.

Aut, non habet proportionem ad materiam, ac fit à
Dolore, ut in punctura, aut uulneratione nerui:
Frigiditate sine materia, quod accidit congela-
tis in aëre, uel aqua frigida.

SIGNA.

Repletiona Habitudo phlegmatica, cū plurima Plethora.
lis, sunt Fit subito, nanç materia fluit subito ad neruos,
nisi sit grossa ualde.
Pulsus latus, mollis, undosus.
Facies & oculi sunt tensi, repleti, cum pallore
uel rubore.
Retinetur quandoq; urina uehementer.
Sine febrim ut plurimum est.
Sequitur tamē quandoq; febrim humoralem ex
humorum colliquatione.

Inani- Precessit euacuatio plurima, neruorum & neruo-
tionis. forū exiccatiua, & uias spirituum obstruens.
Vomitu diuturno.
Fluxu uentris, spontaneo uel
ex medicamento.
Eaq; uel sensibilis, ut Hemorrhagia.
Sudore.
Mensib. uel hemorrhoidibus.
Vel

Vel insensibilis, sicut in febribus acutis, arsiuis, chronicis, ieiunio, labore, uigilijs, aëre calido.

Frigiditatem atq; dolorem causas, ægroti commemorabunt ipsi.

TORTURA ORIS.

Est inclinatio oris & labiorum ad dexterã uel sinistram, cum impotentia claudendi alterum oculum, & cum sufflatione ex uno latere tantum, quod cognosces si flare iubeas.

CAUSAS HABET,

Repletionem, propter aggrauationem neruorum & musculorum faciei ex phlegmate, & est species mollificationis.

Inanitionem, ob cutis & neruorum exiccationem, quæ ex genere spasmi est.

S I G N A.

**Repletio-
nis.** Pigritia in motu.
Sensuum turbatio.
Sputi multiplicatio. (tensionem.)
Aeger sentit in utraq; nunc leuitatem, nunc expellis feruet, inflatur, extensa sine rugis.
Assidua est faciei ad inferiora inclinatio.
Palpebra inferior oculi gibbose demergitur, propter aggrauationem.

Inanitionis. Sensuum modica turbatio.
Rugositas cutis in parte una, & extensio in altera parte.
Paucitas sputi.
Quandoq; indurantur lacerti, & contrahuntur ad superna.
Præcessit multa inanitio, per fluxum uentris, febrim arsiuam, chronicam humoralem, aut hecticam.

TREMOR, STUPOR, PRO

obdormitatione.

Tremor, est motus reciprocus membrorum nervosorum, scilicet manuum & pedum cum difficultate fixationis eorum.

Causa stuporis, & Tremoris.

Primitiva est, ut casus, percussio super membrum, propter quam contunditur uel inciditur nervus motivus, ut nec motum facere perfectum possit, nec fixationem.

Antecedens, ut sanguinis dominium, aut pituitæ super nervos membrorum tremulorum, & stupidorum. Potus etiam vini immodicus. frigiditas sine materia. Debilitas membrorum naturalis, id est raritas compositionis, & teneritas naturæ. Stuporem facit autem & situs membri parum idoneus, qui animalis spiritus transitum per nervum impedit: causa nimirum primitiva. sicut & vini potus uberior.

Signa utriusque communiter.

In causa primitiva per se nota sunt.

Antecedens Facies carnosæ ruberæ, uel fuscæ.

tis, sanguis Venæ in collo manifestæ.

neæ. Dulcedo salivæ.

Antecessio Euchymi cibi.

Urina ruberæ grossa.

Phlegmaticæ. Color faciei albus, uel pallidus.

Habitus mollis squalida, cum pigritia motus.

Urina alba spissa, humorosa.

Antecessio gulositatis, & indigestionis diuturnæ.

Fastidium, & generantium phlegma.

A frigiditate sine materia. Habitus melancholicus macer.

Corpus frigidum est ad tactum.

Antecessio:

Antecessit ambulatio & mora in aqua uel aëre frigido. Vnde & labiorum muscoli spasman- tur, ut articulate quis & prompte loqui non possit.

Accidit autem & in umbroso carcere captiuus.

A potu ui- Accidit bibacibus.

ni super- Potantibus in ieiuno, neruis eorum raris & im-
fluo. becilibus.

Membri Patiens, uel moderato exercitio elanguet.

aut uirtu Ascensu & tractione moderatis.

tis debili Non potest tolerare laborem fortem stando uel
rate. currendo, quin tremat ocyus.

Antecessio chronicarum ægritudinum.

PANDICVLATIO, ET OSCITATIO.

CAVSAE.

Pandiculatio fit à uentositate multa, quæ à phlegmate & cibis indigestis in uentriculo ad neruos & musculos attolli- tur, & grauat lassitudine, quam natura conatur expellere.

Oscitationem pariunt flatus, qui ex stomacho in neruos & musculos maxillarum insinuatur. Fit igitur maxime post cibum. Siquidem

Labor, &

carminant uentositatem.

Vigiliæ

Somnus, &

augmentant.

Quies

OPHTHALMIA, est apostematio oculorum, & palpebrarum, cum dolore multo uel pauco.

CAUSA.

Fumus.
Sol.
Est primitiua, Puluis.
Casus.
Percussio.
Simplex.

Humoralis

Composita.

Et fit in altero tantū oculo, parte oculi, uel utroq; oculo.

SIGNA.

Causa pri- Antecessio alicuius ipsarum, ad quod ophthal-
mitiua. mia mox sequitur.

HVMORALIS.

Sanguineę. Vehementia rubedinis in albugine, &
Palpebra oculorum.
Magnitudo tumoris cum tensione.
Apparitio uenarum in oculis & fronte.
Dolor grauatius.
Multitudo lachrymarum cum lippitudine.

Cholericę. Dolor pungens sicut cum acu.
Cursus lachrymarum adurentium maxillas, &
excoriantium loca per quę fluit.
Tumor ac tensio minor quàm supra.
Color rubeus uergens ad citrinum.

Phlegma- Dolor grauatius non plurimus.
ticę. Infiatio oculorum magna, absque rubedine.
Multitudo lachrymarum aquosarum.
Habitudo corporis humida, quę digito impres-
so cedit,

ſo cedit, ac notam recipit.

Melancho Apparet toti9 corporis nigredo, & extenuatio.
lica. Tumor oculorum paruus.
 Paucitas rubedinis, lippitudinis, et lachrymaru.

Materijs compositis, adulterantur ſigna ſecundum naturam ſimplicium humorum.

LACHRYMOSITAS OCVLORVM.

CAVSAE.

1. Inciſio facta in curatione ungułæ, uel cataractæ.
2. Effuſio multarum materiarum ex cerebro, uenis, & arterijs quæ ſunt ſub cranio, per neruos opticos.
3. Effuſio materiarum ad oculos, ex uenis, neruis, atque arterijs quæ ſunt extra cranium, uel quæ apparent in temporibus.

Vndecunq; autem fluit hæc ſuperfluitas, uel acuta calida eſt de bile, aut falſo phlegmate, uel frigida humida, aquoſa.

SIGNA.

Incisionis, habes ex antecellione talis curæ.

Pruritus, ardor, & inflammatio in loco, quem lachrymæ tangunt.

Acutæ materiae.

Stomacho uacuo, & in ſeiuno magis infeſtat.
 Uſu piperis, allij, ceparum, & aliorum acutorum offenditur.

Aquoſæ frigidae.

Multitudo lachrymarum ſine ardore.
 Tempore frigido accidit.
 A cibo uberius.

Vfus ciborum humorosorū , & nimius uini potus multiplicat eas.

An extra uel intra cranium confluat.
Cognoscitur à iuuantibus, rationabiliter adhibitis, ac nocentibus.

Sensione infirmi.

Venæ apparent magis solito.

Arteria pulsat magis in temporibus.

Cum maiori tumore est, quam aliàs.

DEBILITAS VISVS.

CAVSÆ.

Senibus naturale est, ex consumptione humidî radicalis.
Calida.

Iuuenibus accidit ex mala cõplexione Frigida.

oculorū. Stomachi uitio sæpe accidit. Humida.

Sicca.

SIGNA MALI.

Ex humiditate. Multiplicatur post comestionem, & nauseatiuam fatietatem.

Potissimum post expergefactionem à somno, quo tẽpore ob oculos est ceu aqua uel nebula.

Oculi emittunt lippitudinem indigestam.

Siccitate. Famis tẽpore fortificatur passio, & in meridie.

Alleuiatur post cibum & somnum.

Oculi semper apparent sicci.

Sentitur pruritus in seiuno.

Cum in senibus humidum radicale consumitur, inspissantur oculorum tuniçæ, augeturq; aliena humiditas, quæ obrundit spiritus uisuiuos.

Vitio

Vitio stomachi. Debilitas hæc non est assidue.
 Fit ferè cum est satietas nauseatiua, propter vapores ascendentes.
 Famis tempore discussa est plane.
 Contingit ebriosis & bibulis.
 Alleuiatio sentitur citius ex medicinis, quàm in oculorum proprio malo.

FISTVLA LACHRYMALIS,

Est, cum angulus lachrymalis oculi resudat, cumq; præmitur uirus emittit & saniem. Atqui non raro hic eminentia foris apparet, qua aperta & compressa, sanies concurret ad lachrymale. Id quod fistula uere nuncupatur. Quandoq; nõ aperitur, sed expirat per compressionem ad lachrymale.

SIGNA SVNT,

Humiditas currens è lachrymali compressa.
 Rubedo.
 Largitas lachrymalis.
 Eminentia apparens in parte exteriori.
 Fœtor oculorum.

AVRIVM TINNITVS

fit tribus de causis.

Repletione capitis ex phlegmate, aut uento.
 Debilitate nerui auditui, ex raritate compositionis,
 uel complexionis delicatia.
 Acumine sensus auditorij.

SIGNA.

Repletio- Accidit post nauseatiuam satietatem,
 nis. Potum uini superfluum.

Cibum superfluum.
 Strypticitatem uentris.
 Tempore frigido humido.

Debilitatis Omnis sonus fortis, lædit.
 nerui. Non audit nisi sonos dearticulatos.
 Semper sentit sibilum in aure.

Acuminis Hora famis magis infestatur.
 sensus. Post cibum & somnum minus.

SVRDITAS.

De aduentitia hic sermo est, naturalis enim non curatur.
 Causis duabus accidit.

Apostema.
 Carnem uerrucosam.
 Sordes.
 Auris oppilatione, propter Phlegma.
 Ventositatem.
 Incidens aliquid in aurem.
 Mala cõplexione, sicut est menyngũ ultimata frigiditas.

S I G N A.

Apostematis, uide in cap. de dolore aurium.
 Carunculæ sunt, eius apparitio cum ad solem in
 aurem aspicitur.
 Grauitas quædam in aure sentitur.
 Fœtor expirat ex aure.
 Sordes aspectu cognoscuntur.
 Phlegma & uentositas grossa percipitur ex su
 perfluitate in aure.
 Agitatione cum sonitu.
 Noctu & frigido tempore magis infestat.

Infestat

Infestæ frigiditatis. Capitis secundum tactum frigiditas.
 Vrina lactea.
 Ambulatio præterita in aëre frigido.

DOLOR AVRIVM.

Antecedens, &

CAUSAE sunt,

Primitiua.

1. Antecedēs. Repletionē sanguinis, extēdēte nervos auris.
 2. Effusione cholerae & materiae acutae ad locum.
 3. Abscessus auris, calidus uel frigidus.
 4. Ventositas grossa inflans nervos & meninges.
 5. Vlcus recens uel antiquum in aure, post aperturam apostematis saniosi, uel quodlibet ulcus aliud.
- Primitiua. Casu uel percussione, frigiditate uenti uel contuentis nos aeris.

SIGNA.

Repletionis. Rubor faciei cum grauitate frontis, maxime cum pronus iacet.
 Inflatio uenarum.
 Saliuae dulcedo.

Acuminis materiae. Dolor acutus.
 Citrinitas faciei.
 Amaritudo oris.
 Vomitus Cholericus.

Apostematis calidi. Febris acuta.
 Dolor acutus pulsatiuus.
 Sitis.
 Vigiliae.

Frigidi. Febris lenta.
Dolor.
Grauedo.
Imaginatio corrupta.

Ventosi- Temporum tensio.
tatis. Multitudo sonitus & motionis, cum capitis le-
uitate.

Vlceris. Liquor uel sanguis egreditur, assidue uel periodi-
ce absq; febris, sed cum plurima laterum grauitate.
Casus percussione, uel frigidi uenti signa, dicere potest
ipse patiens.

AVRIVM VLCERA,

Solutio est continuitatis in aure, ex qua cōtinue fluit aut
periodice uirus, uel sanies.

CAVSIS,

Apostemate, cuius apertio præcessit.
Materia acuta, uel falsa, corrōdente.
Casu uel percussione.

Designant autem

Vlcus, dolor continuus cum acumine & grauedine,
tum, sanies egrediens cum fatore.
Apostema, febris cōtinue acuta, quæ fuit & est adhuc.
Materiam acutam, febris absentia.
Casum aut percussione, ægrotantis narratio.

PROFLVVIVM SANGVINIS

ex naribus.

Morbus dicitur, cum est sine febris.

Accidens, cum sit in febris, uel in soda, proprie pulsatiua,
tametsi.

tametsi accidens sit essentialiter, & de genere exeuntis à corpore mutati.

Acumine sanguinis.

Morbus,prouenit ab Multitudine sanguinis.

Casu uel percussione.

Accidens, sequitur acutam febrim: & est bonum, ac naturale, his signis:

Fit in die critica.

Fit copiose.

Præcessit paruus, in die nuncia.

Fit post signa digestionis completæ.

Antecessit dolor frontis.

Habitus carnosus est, cholericus.

Vrina subrubea est, rubea, uel intense citrina.

Ob oculos apparent imaginationes rubæ, & ignæ.

Aegroti sequitur alleuiatio, quod signum certissimum est.

Symptomaticum, habet signa contraria.

SIGNA.

Claritas sanguinis.

Subtilitas sanguinis.

Acuti sanguinis, sunt Plurima ex ipso debilitas.

Paulatim stillat.

Caput sentitur calidum.

Multi sanguinis.

Rubedo faciei cum repletionem corporis.

Fluit multum & subito.

Syncope quandoque percipitur.

Antecessit alimentum sanguinis generatiuum.

Abstinentia mulra à phlebotomia.

Abstinentia à concubitu præter solitum.

Antecessio doloris capitis uehementis.

PROFVNDITVR AVTEM,

uel ex arteria, uel ex uena.

Arte Sanguis egreditur motu tortuoso.

ria. Subtilis est sanguis, & rubeus admodum.

Ad exitum syncope sequitur ocyus illa.

Difficuler silitur.

Medicinæ super cor appositæ magis conducunt, quam
quæ iecori imponuntur.

Ex uena. Omnia habet illis contraria.

Casus & percussione signa per se manifesta sunt.

Accidēs, sequitur febrem acutam, salutariter uel Sympto
matice, ut signis superioribus dictum est.

FOETOR NARIVM.

CAVSA.

Ventriculi accidit, mittentis à materia marcida quam con
tinet, fumos aut uapores ad os & nares.

Nasi, & partium propin quarum, quod acceptum ferimus
corruptis & putridis humoribus, collectis in radice nasi, uel
narium ulceribus, hæmorrhoidibus, Polypo, Cancro in na
si concauitate.

SIGNA MALI.

Vitio sto- A cibo minuitur foetor, & sentitur cum cibo
machi. permixtus.

Si ieiunus nares cōstringat ut anhelitus per os
reddatur, foetor impense per os sentitur.

Materiæ cō Pariter & ante, & post cibum foetor sentitur.

tentē in uis Fœtor constrictis naribus per os nō egreditur.

nasi. Aspectu in nares deprehenduntur ulcera, hæ-
morrhoides, Polypus, Cancricq̃, quorum ui
tio contingit

tio contingit fœtor.

DEFECTVS ODORATVS.

CAVSA EST

Virtutis odoratiuæ læsio.

Ablatione, cum ex odoribus bonis nil percipi potest.

Diminuta, qua nisi fortia & acuta odora-
menta, nul-
lum percipitur.

Corrupta, cum odores percipiuntur, à re præsentí odo-
rabili alieni.

**Quod fit à cerebri calida uel frigida ultimatè intempe-
rie**, potissimum in poro eius.

Ab oppilatione narium aut Colatoriij.

Casu uel percussione, inducente tortuositatem in ossi-
bus & cartilagine nasi.

S I G N A.

Caliditatis. Siccitas narium cum ardore.

Non sentiuntur odores calidi, sed frigidi.

**Frigidita-
tis.** Frigiditas nasi.

Fœtidos uel calidos odores tantum odoratur.

Oppilationis. Grauitas capitis.

Ex naribus uel palato nihil egreditur.

Difficulter attrahitur aër per nares.

Affectus autem hic plærung; ex oppilatione est.

FISSVRA LABIORVM.

Fit propter

Catarrhum ex Cholera.
Phlegmate falso, descendente ex capite
ad inferiora.

Contritionem musculi transuersalis labri, & materiæ acutæ defluxum in ipsum.

SIGNA.

Catarrhosæ, sunt

Antecessio Coryzæ cum plurima sternutatione.

Rubor pulpæ nasi, & labiorum.

Fit quandoq; in eis Bothor, id est paruum apostema.

Fiunt quandoq; crustæ & scissuræ cum asperitate.

Contritionis musculi sunt,

Privatio signorum Catarrhi.

Fit plæruncq; in labio inferiori,

Difficulter curatur.

FOETOR ORIS.

CAUSAE.

Ventriculi vitium, Ex humoribus calidis corruptis, contentis in ore uentriculi. (dem.

Oris vitium, Ex humoribus frigidis marcidis ibi
Propter dentem putridum uel erosum, in cuius cauitate humores
foetidæ continentur.

Propter gingiuas putridas foetetes.

SIGNIS HIS.

Ex uentriculo malum à cibo alleuiatur.

Fœtor acutus est & adustus ieiuno, cū ructu fumoso.

Frigidus in uentriculo humor si foeret, à cibo non minuitur, & est cum ructu acido. (mala.

Vifus, & relatio infirmi docet gingiuarū, uel dentium

MVLTVDO SALIVAE.

Fit

Ex humiditate plurima, generata in stomacho ratione indigestionis, & usu ciborum humidorum, qui sursum per meri resudant, & euaporant ad os & radicem linguæ. Id quod accidit plærunque

Pueris gulosis.

Mulieribus.

Corporibus pituitosis.

VVAE ELONGATIO.

Est eius ingrossatio, ut inferiora tægat, oppiletq; Epiglottida, & anhelitum impediatur quodammodo.

Generatur

A materia currente ex cerebro, sanguinea uel phlegmatica, in modum Catarrhi.

Sic habent signa.

Patiens sentit semper quasi bolum carnis in oris radice, cum impedimento anhelitus, & suffocatione.

Sanguinis materia cum signis istis unà tumorē apparat.

Rubedinem loci.

Saliua dulcis est.

Rubent faciei uenæ cum repletionē.

Cum febris quandoq; est, rarius tamen.

A phlegmate, cum prædictis apparet saliuæ multitudo. Raucedo oris. Color uulvæ albus. Facies alba uel suppallda. Elongatio uuvæ supra modum.

LINGVAE GRAVEDO ET

magnitudo.

CAVSÆ.

Grauedinis cum febris, est inanitio muscutorum.

Sine febris, Phlegmaticus humor. In ligamēto sub lin

gua abbreviatio, atq; glandula sub lingua.
Magnitudinis, Est materia phlegmatica.

Sanguinea apostemans per se, non apostemans per acci-
dens à phlegmaticis, Paralyfi, Lethargia.
Interdum, uentosa materia.

SIGNA.

Grauedinis, Aduftio & nigredo linguæ.

Cum febrì Diminutio loquelæ.

Lingua exeri non potest.

Sine febrì, à Phlegmate. Impedimentum loquelæ in I &
(r literis.

Turbatio sensuum. (monis.

Saliuæ prolapsus in festinatione ser

Abbreviato li- Lingua adhæret parti inferiori.

gamento. Emitti extra os lingua non potest, sine fe-
bri tamen.

Glandula. Caro dura glandi similis, sub lingua patientia
conspicitur.

Magnitudinis, sunt manifesta.

Difficulter loquitur, & pigre.

Linguam plicare non potest.

Emissio linguæ extra os quasi perpetua est.

DOLOR DENTIVM.

Cum fit

Ab humore calido, influente à cerebro & uicinis partibus
ad dentium radices, cum tumore & apostemate est.

Sine apostemate fit, propter fluxum humoris frigidi, uel
propter

propter uermes natos in dentium radicibus, ex humoribus putridis, corrodentes ipsos.

S I G N A.

Causæ Rubedo loci, cum tumore gingiuarum.
calidæ. Aliquando uermes sunt in ipso loco.

MOBILITAS DENTIVM.
CAVSA.

Mollificatio gingiuarum, aut ligamentorum quæ sunt in radice dentium.

Hanc mollificationem pepererunt superfluitates ad gingiuas diffusæ, à quibus gingiuarum dissoluta cõpositio est, & subiectum earum marcesfactum.

CORROSIO DENTIVM, ET
GINGIVARVM.
CAVSAS HABET,

Materiam putrefactam marcidam, quæ in substãtias dentium & gingiuarum penetrans, offendit earum complexionem & compositionem.

Corrosionẽ p uermes, natos in ipsis ex materia putrefacta.

S I G N A.

Prioris, & causas etiam, uide de dolore dentium.

Corrosionis Manifesta ipsorum concauatio.
dentium, Ex humore, Fœtor, quoniam cibus in cauitate
re, sunt hac quandoq; retinetur.

Gingiuarum Sputum sanguinolentum.
Inspectæ gingiux apparent marcidæ, corrosæ,
liuidæ, ac fœtent.

FLUXVS SANGVINIS
GINGIVARVM.
CAUSA EST

Superfluitas decurrens à capite ad ipsas atq; dentes, quæ substantias ibi diutius, imbibitur a substantijs eorum, & quæ etiam leuissima causa effluit saluatim.

Eaq; res si antiquatur hæcenus ut putrescat, ulcus, aut saltem putredinem cogit in gingiuis.

Signa clarissima sunt,

Quod, si paulo durius abluatur os, præmittitur digitis gingivæ, aut aspera aliqua re tanguntur, emittunt sanguinem.

Et sunt cum fœtore.

VLCERA GINGIVARVM.

Fluxus.

Corrosio, & sic habent in gingiuis.

Ulcus.

Putredo seu ulcus gingivarum, terminus est corrosionis: quemadmodum corrosio fluxus antiqui in iisdem, terminus est & finis.

Atque id in hunc modum.

Gingivæ mollificantur & imbuuntur materia rheumatica à capite per Catarrhi modum descendente.

Hinc sanguinem emittunt, propter dissolutionem suæ compositionis.

Corroduntur autem & concavantur manifeste, propter humorem ulcerantem. Vnde tandem denigrantur & putrescunt donec cadant.

ANGINA,

Est colli quodcumq; apostema, prohibens anhelitum & cibi deglutitionem.

Species habet treis.

Cum epiglottis & eius muscoli apostemantur. hæc pro-
pter:

pter anhelitus ablationem omnino mortalis est.

2. Pulmonis canna & eius muscoli in hac specie apostemantur. quæ tametsi priori illa mitior est, lethaliter tamen afficit.

3. Vbi gula & carnositas gutturis absceduntur, quæ lethalis non est nisi apud ignaros.

S I G N A .

Communia sunt, .. Apostematio gutturis.
 Suffocatio præfocatiua.
 Difficultas transglutiendi cibum.
 Difficultas anhelandi, æqualiter uel in-
 æqualiter prout apostema magis ad
 uias anhelitꝝ aut œsophagi declinat.

A sanguine cum prædictis apparet

Rubedo faciei, cum carnositate.

Dulcedo saliuæ.

Dolor grauatius cum acuitate aliqua. .

Præcessio cibi cuchy mi.

Et est ut plurimum cum febrî.

A. Bile, Prædicta adsunt, & simul

Color citrinus.

Facies macra.

Dolor acutus.

Sitis.

Inflammatiõ uehemens.

Salîua amara.

Ciborum corruptorum præcessio.

Plærunq; cum febrî.

A Pituita, cum prædictis habentur.

Saliuæ multitudo, aquosæ.

Raucedo uocis.

Dolor grauatius sine acuitate.

Pauca rubedo in facie.

Habitus phlegmatica.

Antecessio ciborum phlegmaticorum.

Aut nulla, aut lenta solum febris adest.

Primæ speciei signa ex tertio pronost. Hippocratis.

Dolor acutissimus est.

Neq; foris in ceruice tumor aut rubor, neq; si in
tro aspicias apparet.

Anhelitus cum primis difficilis.

Quæ significant apostema in Epiglottide latitare.

Secundæ. Apparet tumor, & rubor exterius nullus, sed in
Foris conspicitur tumor & rubor, intus nō itē.

Tertiæ. Difficultas anhelandi & transglutiendi non ita
magna est.

CATARRHVS, BRANCHVS, ET

Coryza quid sit.

Catarrhus, est descensus materiæ, à capite ad parteis spi
ritualcis, aut naturalcis, sicut

Pectus.

Pulmones.

Stomachum.

Coryza, est descensus materiæ ad nares.

Branchos, materiæ per os ad colatorium descensus dicitur
ac palatum, cum sreatu uel rascatione, quæ nomina nō
raro confunduntur.

QVA CAUSA.

Calida

Calida fit, uel frigida causa.

Calida dupliciter,

1. Effectiue, Si uenter sit uaporosus.

ut,
Mora sub sole.
Statione ad ignem.
Ablutione in aëre calido humido.
Vento austrino, in primis à cibo.
Clamore.
Inclinatione capitis deorsum.

Vtrumlibet horum, superfluitates uaporosas capiti mandat, quæ collectæ mutantur frigiditate cerebri in phlegma, & descendunt postea. (tum.

Subiectiue. Ut si materia fluens, sit cholera, uel phlegma sal
Frigida, itidem effectiue & subiectiue.

Effectiue. Ventriculo male digerente, hac nanq; causa p̄tuita repletur, quæ sursum postea euaporat.
Cerebro frigido humido, naturaliter, uel ab aëre aut aqua, quamobrem superfluitates male digerit.

Subiectiue. Si materia est phlegma aquosum, aut uiscosum,

SIGNIS HISCE.

Caliditatis.

Ardore.
Pruritu.
Asperitate. in locis super quæ defluit.
Sitis.
Extenuatio.
Rubor faciei.
Amaritudo uel falsedo saliuæ nulla causa manifesta.

Frigiditatis. Eminentia oculorum, cum tumore uel pallore faciei. Oppi-

Oppilatio narium & colatorij post somnum.
 Spissitudo materiæ cum uiscositate.
 Subtilitas & aquositas materiæ.
 Difficultas anhelitus.
 Asthma.
 Diminutio odoratus.

RAVCEDO VOCIS. CAUSA.

Naturalis fit propter malam complexionem inæqualem Epiglottidis, & carne pulmonis humidam oppilantem, uel siccam exasperantem; & est incurabilis.

Accidentalis, fit

1. A catarrho frigido phlegmatico uiscofo, oppilante Epiglottida in qua formatur uox, & uocalē arteriam totā.
2. A siccitate plurima illarum partium, exasperante superficie ipsarum, propter quod aër inæqualiter percuitur ad ipsam.
3. A caliditate accidentali consumente humiditates subrificas, & corrugante uias, sicut accidit febrientibus proprie, chronicis & heclicis febribus.

SIGNA.

1. Sunt abunde cap. de Catarrho. Et cap. de tussi à causa frigida.
2. Capite de Phthisi plene habentur omnia.
3. Omnia reperies in cap. de tussi.

TVSSIS.

Quid sit.

Est motus fortis pectoris & pulmonis, compositus ex naturali & uoluntario, ad expellendam rem quæ nocuentū infert in anhelitu, uel organis eius.

CAV.

CAVSÆ.

A mala complexione, sine uel cum materia accidit.

Ab interna caliditate, uel siccitate.

Sine materia. Externa frigiditate, ratione continentis
aëris.

Cum materia, Ab apostemate pleuresis, aut peripneu-
monia.

Sine apostema-
te, à Quantitate sola humoris, ut in Catarrho.
Saniei, & sanguinis, ut in Empyemate.
Quantitate & qualitate simul, quomodo
fit in Phthisi.

SIGNA.

Caliditatis pulmonis, sunt

Vehementia sitis, quam nō frigidam extinguit,
sed aër frigidus.

Magnitudo anhelitus.

Magnitudo pulsus.

Rubedo faciei.

Siccitatis. Tussis absq; sputo.

Cessat post forbitionem penidia. amyli, somnū
cibum, & balneas aquæ tepidæ.

Fortificatur post sitim, famem, uigilias.

Strictitudo anhelitus.

Corporis extenuatio.

Pulsus paruus spissus.

Febris quandoq; acuta.

Frigiditatis signa ab aëre, referet ægrotus.

Dolor lateris pungens.

Pleuritidis Febris continua, & alia signa propria.

Peripneumonix sunt ipsius propria,
 Febris acuta.
 Pectoris dolor grauans.
 Pulsus mollis undosus.

Catarrhi, à materia frigida grossa.
 Exerit frigidum & grossum phlegma.
 Increbescit post cibum.

Calida acuta, uel falso ac subtili phlegmate.
 Ardor sentitur circa labia.
 Sitis quam extinguit frigida, & aër frigidus.
 A somno fortis non est.
 Antecessio ciborum acutorum.
 Caput sentitur calidum.
 Sputum est paucum subtile salsum.
 Quandoq; cedit ictui aëris feruentis.
 Sentitur assidue quippiã destillare ad os, & gut-
 turis partes, quod signum est certissimum.

Empyematis sunt, antecessio Catarrhi, Pleuritis, Pe-
 ripneumonix.

Post hæc remanet tussis cum sputo saniei & sanguinis, cū
 dolore pectoris grauatiuo, cum stricto anhelitu,

Phthisis, sputum saniei uel sanguinis, cum febrī continua
 lenta. pulsu paruo spisso. collo longo.

Certissimum huius signum est, quod corpus extenuatur
 indies, & cortices pelliculis similes albis ac subtilibus, uel
 pelliculæ rotundæ expuantur.

ASTHMA, DYSPNOEA, ORE-
 GMON, ORTHOPNOEA.

Quatuor

Quatuor hi affectus conueniunt in eo, quòd malitiam anhelitus significant propter offensionem spiritualium principaliter, uel per compassionem à uentriculo aut cerebro.

Differunt autem, quòd

Asthma, est quando cadit peccatum in expiratione, & est sine sono, & cum tussi parua.

Oregmon, quando sonus est plurimus in anhelando.

Orthopnoea, quando peccatum est in inspiratione, expiratione, & sonitu.

Dispnoean, quæ difficultas anhelitus est, si quis illorū genus constituat, nihil aberret fortasse. Obseruato quòd nominalem in ijs differentiam, non magnopere curet medicus.

CAUSAE.

Fiunt affectione membrorum spiritualium, Principaliter uel Compassione.

Principaliter duobus modis,

1. Intemperie, sine materia, calida pulmonis aut sicca.

Cum materia eiusdem, id est humiditate.

2. Mala compositione, sicut: Oppilatione uiarum anhelitus. Obliquatione earundem gibbarum propter luxationem uertebraarum. In leprosis, propter scirrhus pulmonis & gutturis à materia melancholica.

Compassione, ex Catarrho calido acuto, uel frigido phlegmatico. Hæc sunt de tussi ex Catarrho.

SIGNA MALI,

Caliditate,

Ex Siccitate, &

Humiditate sunt, quæ de tussi à causis similibus tradita sunt.

A Lepra, uel

Gibbositate, signa sunt eorundem.

Catarrho, Tuffis signa à catarrho, simul obseruata caliditatis & frigiditatis distinctione.

PLEVRITIS.

Abcessus est pelliculæ quæ costis subcingitur, uel diaphragmatis, quod periculosissimum est impedimento respirationis.

CAUSA.

Fit ex omni genere humorum, penetrantium per uenas capillareis & arterias, terminatas ad panniculum costis subcinctum, quomodo fiunt omnia apostemata.

Bile.

Præsertim, ex Sanguine.

Phlegmate subtili falso.

Pleuritis quædam non uera est. Nimirum flatuositas fortis dolens non uulgariter, & est quandoq; cum febris propter inflammationem spirituum.

A catarrho Pleuritis non fit. Et negant ex puro phlegmate, uel Melancholia fieri posse.

SIGNA.

Pleurit. Lateris dolor pungens.
 ueræ. Tuffis.
 Febris continua acuta.
 Pulsus ferrinus diuersus cum duricie arteriæ,
 propter uehementiam doloris, & oppressionem uirtutis uitalis ab apostemate.
 Malum fomentis augetur.

Sanguinea, habet insuper
 Rubedinem faciei, & totius corporis.
 Repletionem uenarum.

Pulsus.

Pulfum magnum.
 Vrinam rubeam groffam.
 Præceffionem cibi euchymi.

Magis pro Sputum cum incipit apparere primo, rubrum
 pria sunt, est ualde.
 Dolor est cum punctura non multa admodum,
 fed cum grauitate plurima.

Adufti fanguinis figna erunt,
 Quòd cum prædictis apparet,
 Nigredo linguæ.
 Vrina magis clara, fiue rubea obfcura,
 Tuffis ficca.
 Sitis intensa.
 Retentio fputi.
 Afperitas linguæ & gutturis.
 Nigredo totius corporis.
 Fortior febris, quàm fupra.
 Ventris astrictio.

Præter communia illa,
 Vrina rubea clara fubtilis, uel citrina intensa.
 Cholericæ. Punctura lateris in modum acus.
 Dolor plurimus.
 Pulsus durior, minor, fiffior quàm in fanguinea, acutior.

Phlegmaticæ, uel de fanguine uifcofo, aut aquofo,
 Signa communia funt, & infuper
 Febris quieta magis.
 Dolor grauatius sine multa punctura.
 Sputum albidum.

Vrina pallida uel subcitrina, uel citrina spissa.

Pulsus paruus molliusculus.

Fiuntq; Pleuritis & Peripneumonia, quandoq; in altero latere tantum, quandoq; in utroq;.

Ulcus confirmati, aut non confirmati signa, ex sputo
(colliguntur.

PERIPNEUMONIA,

Est apostema pulmonis & uelaminis eius, tum quod pulmonem totū cingit, tum mediastmi quod pulmonē diuidit.

CAUSA

Ex omni genere quatuor humorum generatur, ac differt à Pleuritide, quod Pleuritis ab humoribus subtilibus, hæc fiat à grossis humiditatibus, quæ per uenas & arterias in substantiam pulmonis decurrunt. A rheumate capitali hæc nō efficitur, sed Catarrhus uel Empyema. Sæpe fit ex Pleuritide, cum hinc materia effunditur in concauitatem pectoris, & per uenam arterialem, & arteriam uenalem in pulmonē attrahitur. Quod enim per ora arteriæ tracheæ digeritur, terminat Pleuritidem per resolutionem, curatione malæ terminationis.

SIGNA.

Cōmunia Febris continua.

sunt: Pulsus undosus.

Rubedo maxillarum.

Tussis multa.

Anhelitus maximus cū cōtinuo motu suffocādi

Dolor pectoris ponderosus, declinās ante, & retro, ut neq; supine iacere possit ægrotus, neq; prone, ut Pleuresis dolor in latere est.

A sanguine. Cum Prædictis,
Habitudo carnosā.

Munda

Munda rubedo.

Rubedo maxillarum fortissima.

Tussis ualida, cum sputo subrubeo spumoso.

Febris continua acuta ualde.

Aetas iuuenilis.

Tempus uernum.

Vrina plæruncq; rubea clara grossa.

Potus uini plurimi antecessio.

Dolor pectoris grauatius cū multa punctura.

Pulsus undosus uelox cum molli arteria.

Apertio uenarum grossarum repletarū per mēbra corporis omni quaq;.

A phlegmate.

Prædicta communia & simul.

Habitudo phlegmatica.

Aetas senilis.

Antecessio satietatis antiquata cū multitudine.

Fluxus catarrhosi, cui successit tussis.

Difficultas anhelitus cum Oregmone.

Febris lenta.

Sputum album spumosum uiscosum.

Vrina grossa remissa, uel Charopos.

Pulsus rarior & mollior prædictis.

Grauitas in pectore maior, sine plurimo dolore pungitiuo. (pio.

Lingua alba mollis, & sine asperitate in princ.

A cholera. Ad prædicta, sunt

Sputum subtile citrinum spumosum.

Amaritudo.

Spissior pulsus.

Vrina citrina ualde subtilis, clara.

Dolor acutissime pungens.

Habitudo.

Aetas.

Temperamentum.

Tempus, Biliofa.

Asperitas linguæ cum nigredine.

Febris continua arsiua.

Adulteratio signorum prædictorum, causæ compositæ est indicium.

Eius quæ ex Pleuritide est, signa sunt, antecessio signorū Pleuritidis, quibus cessantibus in partē, uel toto, succedūt hæc.

Vbi si utraq; signa perdurant, uterq; affectus aderit necessario propter materiæ exuberantiam.

EMPHYEMA.

Substantia pulmonis.

Collectio est saniei in Ramis tracheæ arteriæ dispersæ per totam eius substantiam in multa quantitate.

Pectore.

Loco medio inter concauitatē costarum, & conuexum pulmonis.

CAVSA.

Catarrhus, quando is sputo non purgatur intra dies quatuordecim à principio.

Pleuritis uel Peripneumonia, cum hæc passiones per resolutionem non terminantur, sed sanationem.

SIGNA.

Catarrhi defluxum sentit patiens in gutture sæpius, quæ tussis sequitur non ita longe, cum proiectione sputi saniosi, multi uel pauci. Quædoq; difficultas anhelitus cū oregmōe. Plærunq;

Plerunq; cum febrī est.

Post Pleuritidem, aut Peripneumoniam.

Antecessio signorum Pleurit. uel Peripneu.

Deinde per quatuordecim dies uel circa, auge-
tur febris.

Dolor pungens inuadit.

Aduenit egestio.

Quandoq; rigor & anxietas.

Fit quandoq; à casu, uel uulnere.

Vnde sanguis dimanat in pectoris cōcauitatē,

& statim non purgat sputo, uel uulnere. Con-

uertitur nanq; in sanie[m], uel rem uentosam.

Nisi præueniat subita suffocatio.

P H T H I S I S

Est ulcus pulmonis cum consumptione totius corporis, à
calore febrili hectico: siue calore artificiali occulto lēto mē-
bri, & humoribus in stomacho.

C A V S A

Est, quicquid corrodit & uulnerat substātiā pulmonis,
aut uelaminum eius, quæ res, decem causis comprehendit-
tur, quæ sunt: Catarrhus acutus diuturnus, de cholera, uel
falso phlegmate.

Angina, uel uuulæ abscessus, cum ex eorum ruptura sa-
nies ad pulmones descendit.

Pleuritis, ac Peripneumonia, quando sanie[m] in hæc ter-
minantur, & sanie[m] in quadraginta diebus à ruptione non
purgatur.

Retentio mensium, uel hæmorrhoi. quæ diu retenta cor-
rumpuntur in pessimas qualitates, & uenenosos fumos atq;
caprinosos mittunt ad pectus, quæ causa rarior est.

Frigiditas aëris inspirati constringens membra spiritalia, sicut accidit pastoribus & uiatoribus.

Caliditas aëris exiccantis, & scindentis partes pulmonis, sicut in fabris & aratoribus.

Irregularis ac diminuta cordis euentatio, sicut accidit habitantibus in montibus & cauernis.

Tussis assidua diuturna, quæ forti suo motu dirūpit pulmonis uelamina, quod senibus accidit qui dormire ob catarrhum non possunt. Et accidit ex forti motu cantantium, leuantium onus, retinentium anhelitum.

Sputum sanguinis, ubi cōsolidari rupta non possunt, conuertitur in saniem, quæ sua nitrositate & caliditate pulmonē corrodit. Omnis enim sanies assatione perficitur.

Vomitus laboriosus, quia propter fortem motum stomachi & œsophagi, & retentionem anhelitus, & attractionem humorum ad pectoralia, rumpuntur uenæ debiliter contextæ in pectore & pulmone. Proprie, qui habēt membra spiritalia & rara & debiliter contexta.

SIGNA.

Omniū causarum signa communia sunt,

1. Tussis frequens, nocte potissimum, qua proijcitur sputū saniosum & sanguinolentum.
2. Habitudo corporis, quæ coisum habet gracile, & corpus macrū, quod indies tam minuitur, quod Epiglottis eminet.
3. Calor, quia est cum febris lenta ad tactum primū, sed acuta ac uehemēs, quando manus diu in corpore retinetur. hūc calor inflammatur una, uel duabus horis post cibum, cum alimentum in corpus dispergitur. quod fit sicut, cum in lapidē calidum aqua aspergitur.
4. Pulsus subtilis, paruus, debilis, strictus.
5. Vrina subtilis non tincta, in superficie ualde oleaginea est.

Recentis.

Recentis & non confirmati ulceris signa.

Sanies expuitur, quæ sanguini permixta est.

Sanies pauca expuitur.

Confirmati & antiquati.

Sputum est saniosum, purum, liuidum, foetidum, plurimæ quantitatis.

SPVTVM SANGVINIS

Ex locis quatuor prouenire potest.

Ventriculo,	Capite,
Pectore,	Gingiuis.

SIGNA.

Ex uentriculo eiectionis sanguinis.

Fit cum uomitu.

Sentitur grauitas in stomacho.

Antecessit fortasse retentio mensuræ aut hæmorrhoidum.

Fuit sanguis fluxus in toto corpore, sicut cum mutilatum est membrum aliquod regurgitat enim ad iecur, deinde per mesaraicas ad intestina: uel sursum ad uentriculum.

Pectore, uel pulmone.

Venit cum tussi.

Sentitur grauitas in pectore.

A pulmone, sanguis erit paucus, & spumofus.

A ruptura uenæ, sanguis plurimus lucidus.

Capite. Venit cum rascatione, absq; tussi.

Gingiuis. Gingiuæ sanguinolentæ semper apparent.

Et, quantumuis leuiter tanguntur.

DEBILITAS CORDIS

Est, quando corpus defeciscitur suis uiribus omnibus, sine causa manifesta, maxime uitalibus, nullo alioqui membro oblato.

CAUSAE.

Fit ab omni specie malæ complexionis

	Calida.
Simplici	Frigida.
	Humida.
	Sicca.
	Calida humida.
Composita	Calida sicca.
	Frigida humida
	Frigida sicca.

SIGNA

A caliditate accidentali.

Vehemens circa pectus æstus.

Sitis uehemens, quam aër frigidus magis extinguit, quàm aqua.

Pulsus magnus, spissus. Attamen debili admodum uirtute, paruus, spissus, frequens.

Extenuatio corporis allidua.

Cor tam deficit, ut Syncope obruatur.

Tristitia nimia est.

Febris occulta plæruncq̃.

A frigiditate non naturali, sunt

Pulsus paruus, tardus, rarus, nisi uirtus sit debilis admodum, tunc est nanq̃ frequens.

Anhelitus item,

Dilectio

Dilectio usus calidorum.

Timor.

Miseriordia.

Diminutio lætitiæ.

Siccitate externa.

Siccitas totius habitus.

Pulsus durus, paruus, frequens.

Siccitas continua linguæ & palat.

Humiditate superflua.

Paralysis & Apoplexiæ signa.

Humiditas enim superfluens in cordis substãtia, aut uentriculi, suffocat subito calorem naturalem immediate, quem admodum mediate id facit (impedito nimirum anhelitu) in apoplexia.

SYNCOPE ET CARDIACA PASSIO.

Syncope, est ablatio sensus & motus exteriorum membrorum, nonnunquam & pulsus, aliquo tempore propter cordis læsionem.

Morbus est, quando causa continetur in corde: quod fit tripliciter.

1. Resolutione spirituum. Quare cor spiritu priuatur ac calore, atq; deficit: ut patet in laborantibus atq; sudantibus abunde.
2. Debilitate cordis, & frigiditate naturali.
3. Propter fumos uenenosos, percutientes cor sicut accidit post assumptionem uenenosorum.

Accidens, quando morbum sequitur, habitualiter nunc uniuersalem nunc particularem.

Vniuersalem, sicut est cum febrī syncopali, in principio paroxyfmi.

Particularem, compassione ad cerebrum ac uentriculum.

Terrore.

Cerebrum Timore.

Gaudio inepto.

Ventriculū, quādo calida & acuta materia pcellit os eius.

SIGNA.

1. Mor Ex resolutione uel debilitate cordis.

bi. Pulsus paruus, debilis, naturaliter, uel tēporis ratiōe.
Corpus rarum spongiosum, quod quauis leui causa deficit.

Anhelitus paruus, rarus.

2. Ratione fumorum uenenosorum, cuius signum est, antecessio rei suspectæ in cibo, potu, uel medicina.

Vbi si uenenum operatur à proprietate, apparebit

Feruor.

Rubedo.

Sudor in facie.

Venarum tumor.

Angustia.

Sitis.

Fœror oris.

Oculorum citrinitas.

Si qualitate, calida: Incisio in stomacho uel intestinis.
Mordicatio.

Si qualitate frigida uenenum operatur, signa habet,

Subeth.

Stupor.

Alcufeth.
 Pigritia in motu.
 Congelatio.

Accidentis.

Ex læfione aëtionis animalis figna funt,
 Antecessio fubiti terroris, aut gaudiij fuperflui
 perniciofi.

Mordicatio.

Ex offenfione ftomachi, Caliditas acuta circa os ftoma-
 chi, quam Syncope mox con-
 fequitur.

Eius Syncope quæ ex febris Syncopali eft, ipfius febris
 figna funt.

TREMOR ET IECTIGATIO
 CORDIS,

Eft cum cor alto & forti pulfu, quafi faltet, mouetur.

CAVSAE.

Hic præcedit plærūq; caufa manifefta: ficut, exercit forte,
 Aëftus.
 Timor.
 Ira.

Alioqui, fit plærūq; à dominio caliditatis accidētalis fu-
 per cor, cum uel fine materia.

Quandoq; licet raro, propter naturalis melancholiæ do-
 minium, conuerfæ in corruptam & uenenofam materiam.

SIGNA.

Calidi- Pulsus uelox, fiffus.
 tatis. Velocitas ad iram.
 Caliditas pectoris...

Siccitas linguæ & palati, cum siti plurima quæ
aër frigidus magis extinguit, quàm aqua.

Melancho
lia. Corruptio imaginationis.
Timor.

Morum feritas.

Habitudo nigra, macra, cū ossium gracilitate.

Mollicies cutis.

DOLOR, APOSTEMA, ET VVL- NVS CORDIS.

Dolor fit ex quacunq; intemperie, simplici aut compo-
sita, priusquam confirmetur & mortem inducat.

Apostemata & uulnera ab antecedenti, uel primitiua cau-
sa prouenire possunt, & iugulare hominem.

EXVBERANTIA, ET DEFE- CTVS LACTIS.

Causis quinque.

Exuberat lac.

Humida, & ea naturali temperatura mammillarum.

Multitudine sanguinis in corpore.

Sublatione menſtruorum ad superiora.

Vſu ciborum lac abunde generantium.

Frequens frictio, & ſuctio, quæ materias attrahit.

Causis contrarijs quinque, idem deficit.

INGROSSATIO, ET EXTENVA- TIO MAMMARVM.

Fœmellis humidis & phlegmaticis, ubera accrescunt ſu-
pra modum.

Macrioribus & præſiccis, diminuuntur.

DIGE.

DIGESTIONIS LAESIO.

Sic nominatur, cum in digestionē cibi uentriculus diūtius occupatur, & fames tarde redit, alio interim supra modum grauato, multum cibum simul assumptum, grossum in primis & uiscosum, elaborare non potest.

CAUSAE.

Fit hoc aliqua intemperie uentriculi, ex octo intemperaturæ speciebus, cum uel sine materia.

Fit autem & ex mala compositione, ut est raritas texturæ, quæ naturalis debilitas nominatur.

SIGNA.

Boni uentriculi. Post cibum consuetum qualitate & quantitate, nihil laborat.

Non sentit angustias.

Os eius nō fit amarum, insipidum, acidum, sed dulce, sapidum, cum quadā siccitate labiorū.

Post horam, non sentitur amplius sapor uel odor cibi.

Singultus nullus uenit aut ructus, nisi, si quis ea consuetudine est, paucus.

Agilitas est & leuitas ad operationes absq; singulari somnolentia.

Dormitur quiete & continue in dextro uel consueto latere, sine multa reuolutione.

Nullæ imaginationes obuersantur inter dormiendum.

Somno leuatus mane, non sentit capitis dolorē, rugitus aut inflationem uentris.

Deiectio & urina tēpori eueniunt, digesta probe, debita, & hora consueta.

Deiectio temperata, est

Citrina uel subcitrina.

Mellis spissitudine, uel pastæ mollis.

Simul tota exiens sine multis trullis.

Quantitate medioeri respectu allumptorum.

Vrina digesta.

Mediocre[m] habet substantiam, & quantitatem.

Subcitrinum aut palearem colorem, nisi iecur

æquo sit frigidius, aut calidius.

In profundo hypostasis innatat

Alba,

Lenis,

Aequalis,

Continua,

Pyramidalis.

Vel, saltem nebula in medio natans.

Præfrigidi Sensibilis frigiditas os eius infestat.

uentriculi. Sitis paucitas.

Appetitus intensus, modo frigiditate non extrema.

Concoctu difficilia digerit ægre.

Frigida lædunt.

Ructatur acidum.

Venter lenis est, & inflatur.

Ventositas est multa.

Morantur cibi in stomacho.

Vrina alba est uel glauca.

Pulsus hora digestionis

Paruus,

Debilis,

Sipissus.

Inquietudo cum continua reuolutione de latere.

in latus, dum digeri cibus debet.

Humidi. Multitudo spui infipidi.
 Nausea.
 Sitis paucitas.
 Velocitas descensionis cibi, non satis alterati.
 Vrina ut plurimum charopos.
 Pulsus debilis mollis.
 Frigidi & humidi signorum dictorum permixtio.

Si cum humorum uitio est, designant.

Vomitus phlegmaticus, acidus, aquosus, insipidus, falsus, aut vitreus, secundum phlegmatis speciem.
 Aggrauatio cum Nausea, & fastidio.
 Dolor capitis post cibum magis, quam ante.
 Somnia de pluuia, piscibus, mersione in aqua, non præcedente causa.

Calidi. Sitis immensa cum prostratione appetitus.
 Amaritudo oris, cum ariditate labiorum.
 Ructus fumosus copiosus.
 Habitus modo hectici extenuatus.
 Asperitas cutis cum ariditate.
 Calor sentitur in stomacho.
 Cibos subtiles male digerit.
 Frigida iuuant, nocent calida.

Sicci. Extenuatio mirach.
 Macies totius corporis.
 Sitis sæpe, sed paruus etiã potus fluctuat in ipso & offendit.
 Si temperies hæc ei naturalis est, pauca sufficiet ei potio pro uice.

Prædictorum signorum compositio, nisi sit cum humorũ uitio, tum designant:

Calidi & Dolor in uentre.
 Sicci. Aduſtio item.
 Vomitus quandoq; rei Viridis.
 Citrinæ
 Amaræ
 Subtilis
 Groſſæ
 Viſcoſæ, cum uitellin-
 bilis moleſtia.
 Dolor capitis ante cibum magis, quàm poſt.
 Somnia de ira & igne.

Calidi & Paucitas appetitus.
 humidi. Multitudo ſaliuæ & nauſeæ.
 Priuatio ſitis.
 Ructus foetidus acetofus.
 Plurima interdum uentofitas.

Vbi ſi humorum unà uitium adeſt.

Vomitus quandoq; accidit ſanguinis puri.
 Sanguinis mixti albedine.
 Febris putridis id accidit magis.
 Pondus & grauitas uentris.
 Somniat quandoq; de ſanguine uel aqua rubea.
 Dulcedo oris ſine cauſa manifeſta.
 Ardor in uentre ante cibum, quem cibus ſedat.

Frigidi & Ructus ponticus & ſtypticus, qui facit in denti-
 ſicci. bus frigus, aut congelationem.
 Doler ante cibum uentriculus.
 Humoris uitium adeſt ſimul, his ſignis,
 Oris amaritudinẽ.

Splenis

Splenis duricie.

Somnia de re nigra, fuligine, aut tenebris.

Vomitus acidus, ponticus.

A mala uentriculi compositione

S I G N A.

Vehemens uentriculi sensus, quamobrem offenditur
quàm facillime.

Angustiam sentit post cibum.

Appetitus modicus in eo est ante cibum.

Digerit perfecte cibum paruum boni succi, subcalidũ
& sicciorem.

Per accidens debilitati uentriculi, signa:

Frequens uomitus præcessit.

Solutio uentris spontanea, uel à forti medicina.

Satietas nauseatiua chronica.

Debilitas hæc quandoq; est ex cõpassione, ad iecur, sple-
nem, cerebrum.

Aut causam externam, ut:

Aëris frigidi, aut æstuosi.

Passionum animi.

Casus uel percussioneis.

Antecessionem morbi diuturni.

Quò faciunt, obseruata corporis temperatura. Consuetu-
do ciborum & potuum. Animi cõditio. Regio, ætas, & qua-
litas habitatiõis.

Quandoq; ex ulcere, quod docent,

Antecessio signorum apostematis uentriculi.

Vomitus, aut saniosa egestio subsecuta.

Ulcere, sine apostemate, ex humoribus acutis

Sentitur assidua punctura.

Cibus non retinetur, donec perfectus sit, sed uomitu

uel deiectione eijcitur.

Coni. Quando materia superflua natat in uentriculi concau-
mu. rate, fit uomitus

na. Cum uillis eius intricatur, fit animi subuersio, uel uo-
mitus.

NAVSEA, FASTIDIVM, PROSTRA TIO APPETITVS.

Appetitus prostratus dicitur, cum nullum omnino cibū
quis desiderat, uel, non magnopere.

Nauſea, cum ad hoc cibi præſentia nauſeam mouet. Et ci-
bum, quem paulo ante desiderauit, præſentem exhorret.

Fastidium, cum inſuper quis compulſus etiam, uel nullū
poſteſt, uel difficulter cibum deglutire.

CAVSÆ.

Appetitus proſternitur cauſis quatuor.

1. Calida uentriculi intemperie, cum uel ſine materia.
2. Frigida ultimate intemperatura, modica nanq; adauget
appetitum. Atqui & hæc ſine uel cum materia eſt.
3. Oblæſio duorum neruorum magnorum, qui à cerebro
anteriori ueniunt ad os uentriculi, ad dandum ei ſenſum ſa-
mis & ſitis pro toto.
4. Iecur non attrahit multum ſucci (chylus nominatur) per
uenas meſaraicas, à cauo iecore ad inteſtinum ieiunium &
duodenum uenienteis.

Nauſeam generant.

1. Pituitoſa materia natans circa os uentriculi, id eſt ſtoma-
chum, & emolliens ipſum.

Debilitas retentiuæ uirtutis ſtomachi, propter cauſam hu-
moralem phlegmaticam, uel primitiuam, ut eſt

Fluxus uentris ſpontaneus, uel
Artificialis ſuperfluus.

Vomitus

Vomitus frequens.

Fastidium uno modo fit, propter materiã grossam phlegmaticam oris uentriculi, inuiscatam uillis eius, & infiltratã.

SIGNA.

Prostrationis, à causa calida,

Sitis.

Ructus fœtidus fumosus.

Color sensibilis circa os uentriculi.

Amaritudo oris.

Siccitas linguæ, & citrinitas cum adustione.

Frigida iuuant, calida non item.

Febris interdum.

Si humoris adhuc uitium adest, accedet uomitus amarus, uiridis, citrinus.

Causa frigida.

Sensibilis frigiditas circa os stomachi.

Ructus insipidus, aquosus, uiscosus, acidus.

Lenitas uentris.

Calida iuuant.

Frigida minus.

In lingua cernitur alba mucilago.

Si aliqua hic febris adest, phlegmatica est lenta, sine siti.

Ex uitio humoris adsunt pariter,

Vomitus phlegmaticus, uiscosus, aquosus, aut uitreus.

Multitudo saliuæ.

Nerui oblæsi signis,

Nō accidit post usum acutorum: ut sinapis, aut piperis: mordicatio in stomacho, uel modica.

Nauseam non percipit.

Non uomitum.

Nec frigiditas sentitur nec caliditas circa stomachum.

Debilitati icoris gratia prosternitur, cum egestione alba liquida, chilosa. Viridis interdū propter commixtā cholcrā.

Corpus extenuatur assidue.

Egestio maior est, uel æqualis assumpto cibo, & substantiæ solidæ.

Adfuntq; frigiditatis, & obstructionis icoris signa.

Nauseæ signa, quomodocunq; fiat, sunt,

Abominatio cibi, & reiectio ipsius si offeratur.

Conturbatio faciei & oculorum, ad cibum oblatum.

Et, si cogas adsumere, uomitur aliquando.

Fastidium habet Nauseæ signa, præterquā quòd in Nausea maior est in retinendo difficultas, quàm inglutendo. In fastidio deglutitur ægrius, quàm retinetur.

APPETITVS CANINVS

Est cum cibum quis præter modum appetit, at, quo non saturetur nisi breui admodū tempore, tametsi corporis nulla extenuatio huc perurgeat.

Causis fit quinque.

1. Multitudine Melancholiæ, profluentis à liene ad os uentriculi.
2. Mala uentriculi temperatura frigida, non ultimata tamen: cum uel sine materia, qua causa ut plurimum fit.
3. Raritate corporis.
4. Exercitio & labore resolvente.
5. Consumptione humiditatum nutrimentalium totius corporis. Quod accidit

Post ægriudines diuturnas.

Solutionem

Solutionem uentris, aut
Famem diuturnam.

S I G N A.

Primæ causæ.

Cum eius multitudine, deijcitur multum liuidæ, aut
plumbeæ materiæ.

Grauat, quàm primum non habet facilem egestio-
nem, & eam quotidie copiosam.

In stomacho exurgit uehemens morsio ante cibum.

Secundæ. Deiectio maior est, uel æqualis assumpto cibo,
easq; liquida phlegmatica.

Singultus adest, ructus, rugitus, sitis paucitas.

Sensibilis frigiditas est circa uentriculi os.

Iuuant cibi calidi, frigidi nocent.

Cum materia, sputi multitudo est.

Alsi cibi desiderium, duri, & sicci, tametsi non possit
digeri.

Nausea quandoq; & uomitus phlegmaticus, si abun-
det materia, tumq; prosternitur appetitus.

Ter- Vel à multa comestione pauca deiectio est, & plærun-
tiæ. que sicca adusta.

Mollicia cutis corporis, cum subtilitate.

Multitudo sudoris tempore egestionis.

Cito lædit frigus, calor, & balneum ieiunum.

Quar Antecessio laboris & exercitij.

te cau Et nisi cibus datur famelico admodum, Syncope cor-
ripitur.

Quinta causa, coniuncta cum signis est supra.

Est membrorum inanitio & exhaustio, cū fastidio & prostratione appetitus, inde, quod uentriculus & membra dispositione sunt contraria. Est autem appetitui canino plane contrarius affectus.

CAUSA.

1. Nauseatiua satietas diuturna, cū indigestione, à quibus uenter crudis superfluitatibus repletur.
2. Frigiditas ambitus totius corporis, constringens materias à uenis & membris ad uentriculum & intestina.

Verum hæc frigiditas externa est, sicut qui in aëre frigido ambulat, cuenit.

Interna, febribus phlegmaticis, & hydropi.

Caliditas circa ambitum corporis, colliquans materias, & fluere faciens ad iecur, mesaraicas, uentriculum, & intestina: quemadmodum acute febrientibus accidit, & ambulantibus in sole calido.

SIGNA.

Cōmunia. Inanitio uenarum cum extenuatione corporis, & prostratione appetitus sine causa manifesta. Virtutum debilitas, ut calido tempore nonnunquam in ieiuno Syncope grauetur.

Crapulæ signa, habet narratio patientis.

Causæ frigidæ. Præcesserunt, uel adhuc præsto sunt febres chronicæ, uel itineratio per loca frigida.
Vomitus uiscosus insipidus, uel acidus.
Sputi multitudo. (p. o.)
Multitudo albæ mucilaginis in lingua à principio.
Color corporis albus, pallidus, uel luidus.
Urina alba grossa.

Egectio

Egestio liquida alba acetosa, uel ueter astrictus est, dura cum rugitu & uentris tensione.
 Pulsus rarus, mollis, paruus, debilis, nisi post longum processum sine febre, & inanitione membrorum: tunc enim fieri potest spissus durus.
 Neruorum, plerumque indignatio propter infiltratam frigiditatem.

Causæ calidæ signa.

Antecesserit uersatio in aëre calido.

Aut, febris acuta.

Sitis fit.

Linguae amaritudo & adustio absque nigredine.

Labiorum siccitas.

Vomitus rei citrinæ, uel uiridis amaræ subtilis liquidæ, non uiscosæ.

Sentio caliditatis circa stomachum.

Frigida iuuant, efficiunt calida.

Ructus fumosus, siccus, foetidus.

Vrina citrina subtilis.

Spissus ac durus pulsus à principio.

Deiectio dura, citrina, nisi aluus sit lenis, unde liquida est hæc, & citrina sicut ouii uitellus.

CORRUPTIO APPETITVS.

Est appetitus rerum malarum, quæ nutritioni corporis nostri haud conueniunt.

CAUSA EIVS EST.

Repletio uentriculi malis humoribus.

Grossis frigidis melancholicis.

Phlegmaticis acetosis fluidis.

Ex gulositate & indigestione uentriculi.

Regurgitatio menſtruorum, uel hæmorrhoidum in ad
ſtomachum.

Oppilatio iecoris & ſplenis.

Frigiditas in tota corporis ſuperficie, conſtringēs ma-
terias ad uentriculum ex uenis.

Caliditas colliquans, colligens eodem materias.

Colluſio omnium humorum corporis ad genus me-
lancholicum, aut phlegmaticum uitreum.

SIGNA.

Patiens, terram appetit, carbones, cretam, & alia male
commoda.

Propria.

Anteceſſit gulofitas diuturna.

Retentio menſium uel hæmorrhoidum.

Sentitur grauitas & tenſio in utroq; hypochondrio, ſi-
niſtro præcipue.

Paſſiones frigida, aut calida præceſſerunt.

Interdum ægri tudines chronica.

SITIS

Est calida oris uentriculi diſpoſitio, faciens appetere frigi-
dum cum humiditate.

CAUSA

Primitiua eſt, uel coniuncta.

Primitiua modis quinque.

Comestione cibi plurimū ſaliti, uel calidi uehemēter ſicci.

Potu uini acris uetusti, uel aquæ falſæ, aut ſulphurata.

Mora diutina ſub ſole, uel balneo æſtuoſo.

Solutione uentris ſuperflua, uel menſium aut hæmorrhoi-
dum fluxu.

Sumptione medicina calida, laxatiua, uel nō laxatiua.

Coniuncta,

Coniuncta, sex modis.

Indigestione aut crapula: nam resistendo calefacit & igitur, atq; fumos emittit ad os uentriculi.

Vaporibus falsi phlegmatis, aut uiscosi, uel piscium comestione, quos soluere natura cupit.

Superfluo fluxu urinæ, uelut in diabete.

Oppilatione iccoris & uiarum, quo fit in humoribus ebullitio & calor, indeq; sitis.

Caliditate & siccitate intestinorum, qua sugunt assidua attractione, a stomacho.

Caliditate & siccitate stomachi, sine uel cum materia, quomodo fit in febribus.

SIGNA.

Causarum primitiuarum disces ex patiente.

Coniuncta- rum. Nauseatiua fatieras cum ructu fumoso foetido, nam acidus ructus tolleret sitim.

Dolor capitis.

Obumbratio oculorum.

Somnus stupidus cum prauis imaginationibus.

Urina alba subtilis: aut citrina, subtilis sine hypostasi, cum iccur accensum est.

Hora digestionis spissatur anhelitus.

Sequitur fortassis Ephemera maligna.

Comouet inflatio & rugitus in uentre inter digerendum.

Gravitas post comestionem, & angustia de latere ad latus.

Eructatio falsa fumosa.

Sitis fortificatio digestionis tempore. Et, si bibat aliquid, satis diu cessabit sitis, at quæ redeat deinceps.

Sputum falsum plurimum, ampullosum & uiscosum.

Sitis augetur à dulci potu.

(ste.

Potus aquæ frigida mixta cum aceto, alleuiat manife-

3. Ardor uehemens cum punctura, sentitur in stomacho.

Exuberantia magna urinæ albæ subtilis, aquosæ, sine hypostasi.

Debilitas circa locum renum.

Extenuatio corporis indies maior.

4. Tensio in hypochondrio alterutro, uel utroq̃.

Egestio alba sicut canis, præcipue cum iccur distemperatum est.

Offensio ex tactu præcordiorum obstructorum.

Vrina ignita subtilis.

Ructus amarus foetidus.

Inflatio stomachi post comestionem.

5. Venter astrictus.

Egestio sicca adusta nigra, strybliosa.

Dolor circa umbilicū, qui alleuiatur post potū plurimū.

Egestio urit ani lacertos.

6. Sine materia. Amaritudo oris cū siccitate labiorum, & linguæ nigredine statim à principio.

Ructus fumosus.

Prostratio appetitus omnino, potissimū si sit in febris hectica uel Ephemera.

Cum materia, sunt præter iam dicta, Vomitus rei subtilis amaræ citrinæ, uel uiridis sine uiscositate, aut pauca.

Fit proprie in febrī putrida de

Cholera,

Sanguine, uel

Phlegmate falso.

Vel, febrī Ephemera de nauseatiua fatietate: quoniam cibis corrumpitur in fumositatem.

RVCTVS,

Est expulsio uentositatum à stomacho, testans frigiditatem eius.

CAUSA.

Fit à mala temperatura frigida, cum materia phlegmatica uiscosa, uel aquosa, in quam agit calor, tumq; multiplicatur ante cibum.

Sine materia, cum multiplicatur post digestionem: calor enim debilior est, quam ut terminet eleuatas uentositates.

SIGNA.

1. Multitudo sputi uiscosi insipidi.
Inflatio uentris cum rugitu, ante cibum.
Hora digestionis accidit fortis commotio in uentre.
Urina alba uidetur & grossa.
Calida iuuant patientem, frigida offendunt.
2. Ante cibum nulla sentitur in uentriculo grauitas, sed post cibum, cum fit rugitus & inflatio.
Sequunt omnia signa stomachi frigidi scilicet materia:
A flatuosis cibus accidit quandoq; ratiōe contenti, nō continentis.

SINGVLTVS

Spasmo similis est: Et cilet plane spasmus, si uentriculus haberet musculos.

Causis quatuor fit.

1. Propter acutam & calidā rem, quæ os uentriculi mordet, ut accidit post eum piperis, aut sinapis, cum uinū nō oxalsumitur, quo in uillos penetrat.
Ibidem ut post uomitum cholericum.
2. Propter stomachi repletionem cibus uel humoribus,

à quibus eleuatur uentofitas groſſa extendens ipſum: uelut poſt nauſeatiuam ſatietatem: ſicut & pueris accidit, & phlegmaticis naturis.

3. Propter inanitionem, quam uentriculus cupit expellere. Ita ſolet accidere poſt morbos diuturnos quosdam, & profluuia uentris, menſium, hæmorrh. narium, uomitum.

4. Propter apoſtema iecoris, cui compatitur.

Eſt & ſingultus cum febrī acuta, nauſea, & dolore plurimo in hypochondrio dextro.

VOMITVS ET ANIMI SVBVERſIO.

Vomitvs, eſt ſtomachi fortis motus, quo materia ſupra expellitur.

Animi ſubuerſio, eſt quando mouens mouet, & mobile non mouetur cum effectū.

CAVſAE.

1. Aggregatio rei calidæ acutæ ſubtilis in uentriculo, mordicantis os eius.

2. Frequens ſtomachi repletio à cibo grauante quantitate, aut fluctuante qualitate digeſtionis hora.

3. Collectio crudorū humorum in uentriculo, ex indigeſtione & crapula diuturna, debilitante uirtutem eius.

4. Inundatio ſiue decuſus materiaram, à iecore & uenis totius corporis, ad inteſtina & uentriculum.

SIGNA.

1. Anteceſſio ciborum acutorum.

Vomitur citrinum quiddam, uel uiride ſubtile liquidum & amarum.

Vel album fluidum falſum, non ita uiſcoſum.

Vel, croceum ſpiſſum ut uitellus oui, ſerè in paroxyſmis febrīum.

Vrina

Vrina est citrina, uehementer subtilis.

Sitis intensa, cum appetitus prostratione.

2. Antecessio nauseatiuę fatietatis in stomacho, ex cibo, potu, uel utroq; , post quam sentit patiens inundationem in ipso.

3. Antecessio signorum indigestionis, & debilitatis stomachi aliquanto diutius.

Sequente uomitu phlegmatico, cholerico, melancholico, uel sanguineo, permixto cibo.

4. Dolor in hypochondrio dextro ad spatulas usq; productus, si sit ab hepate.

In sinistro, cum malum à liene est.

Inanitió uenarum totius corporis, & membrorū ubi materia propellit ab ambitu totius corporis: adest hic deformitas corporum.

Certissimo signo, uomitur plus quàm alimenti assumptum est, cum debilitate uirtutis, & inanitione corporis gradatiua.

Sunt & recenti ulceri sua signa ex uomitu.

CHOLERA,

Est affectus, quo supra & infra simul eijciuntur superfluitates, eaq; cibales uel humorales.

Causis duabus accidit.

1. Corruptione antiqua cibi & perseueranti, in uentriculo & intestinis, maxime, fructuum, olerum, pisciū, & aliorum uiscoforum.

2. Effusio Cholerae rubeae plurimae ad stomachum, & simul ad intestina, mordicantis ea. Vnde & morbi nomen est, causa scilicet frequentissima.

SIGNIS.

1. Antecessione nauseatiuę fatietatis per dies plurimos.

Multitudine uentositatis in uentre, cū rugitu & inflatiōe.

Dolor incipit primo circa umbilicum cum punctura, deus deinde aduenit solutio plurima, sine uomitu quadoq; , quod periculosus est.

- Deijcitur cibus nondum digestus , uel semidigestus , aut phlegma uiscofum.

Laborāte aut cauo iecore, deiectio est sicut lotura carnis.

- 2. Nausea uehemens est admodum.

Sitis assidua cū anxietate, & adustione plurima corporis.

Ex potu frigida sedatur nausea, donec calefactum in stomacho est: tunc euomitur. (culo.)

Quandoq; solutio uentris simul adest , magno cum peri-

Superfluit interdum ad Syncopen, usq; , & casum pulsus.

Deijcitur subtile citrinum amarum, quandoq; grossum sicut oui uitellus.

Antecessit fortasse usus acutorum.

Urina ferè subtilis est ignita, propter bilem.

DOLOR ET INFLATIO STOMACHI.

CAUSAE.

- 1. Apostema uel ulcus.

2. Ventositas inflans & extendens uentriculi tunicas. quæ ante cibum maior, fit à frigida uentriculi intemperatura, cū materia. A cibo, fit à frigiditate sine materia.

SIGNA.

- 1. Habes in sequenti capite.

- 2. Cum materia.

Magis infestat ante cibum , quando phlegma natat purū in uentriculo.

Fit quandoq; phlegmaticus uomitus , uel ructus acidus, quibus alleuiatur dolor, & prostratio appetitus.

Est sine-

Est sine siti & caliditate.

Cum spūto plurimo est, nausea, & fastidió.

Est cum rugitu plurimo cum premitur stomachus, lien,
aut uenter manibus.

Sine materia.

A cibo magis commouetur, quàm ante.

Maxime, super plurimam repletionem, & sumptionem
ciborum crudorum.

Ructus foetidi fumosi acidi, cum trullis plurimis foetidis.

Angustia corporis.

Super cibum paucum ferè non commouetur, præsertim
calidum subtilem.

APOSTEMATA, ET VLCERA VENTRICVLI. CAVSÆ.

Apostemata, fiunt à materia calida, ut est Chole, & san-
guis. frigida, phlegmate aut melancholia. Composita ex
multis: decurrente materia per uenas & arterias ad particu-
lam debilem.

Est autem in ore uentriculi, aut cauitate eius, ac termina-
tur uel resolutione, uel saniatione, uel induratione.

Vlcus fit, aut propter antecessionem apostematis termi-
nati per saniationem, & rupturam. Aut, materias acutas cor-
rosiuas, contentas in eo, qualis est pituita salsa, uel cholera,
ut uocant, prior causa creberrima est.

SIGNA.

Febris continua.

Dolor in regione sua.

Tumor & eminentia ferè, in
loco.

Communia sunt tria,

DISTINCTIVA LOCI APOSTEMA-

tis, sunt quatuor. Si namq; est in

Ore uentriculi, maior apparet eminentia in parte exteriori, proprie circa furculam.

Cavitare ipsius, non apparebit eminentia propter eius profunditatem sub mirach, nisi magnū adeo sit apostema, tum apparebit tumor inter furculam & umbilicum.

Si in posteriori parte stomacho, sentitur dolor inter spatulas, aut sub collo.

Parte inferiori, tum supra umbilicum dolor magis fiet.

Propria signa, calidi abcessus biliosi.

Cum prædictis sunt,

Dolor acutissimus pungens.

Febris continua acuta.

Appetitus prostratio.

Vomitus.

Sitis.

Debilitas fortè retentiue adeo, ut accadat liëteria.

Sanguinei. Sunt præter communia, & biliosa hæc,

Nisi quod dolor grauatius est.

Pulsus in utroq; uelox, spissus, istic durus, hic mollis.

Sitis, & uomitus hic minus.

Vrina rubea grossa, clara.

Propria frigidi abcessus, phlegmatici, quod rarissimū est.

Prædicta hæc, & simul

Febris continua lenta.

Sputi multitudo, cum casu appetitus.

Eminentia magna particulæ, absque diuersione in tactu.

Dolor.

Dolor leuis cum grauitate.
Pulsus paruus mollis.

A Melancholia, quod raro accidit.

Præter communia,
Febris continua lenta.
Pulsus paruus subtilis strictus.
Dolor grauius sine acumine.
Duricies loci cum eminentia.
Fœtor oris.
Imaginationes corruptæ in somno.

Vlceris uentriculi signa, sunt in communi.

Dolor acutus in stomacho, qui augetur post assumptionem ciborum acidorum, uel acutorum qui mordent, acetosorumq̃.

Et non retinet ferè nisi paucum leuè, atq̃ id breui tempore, post expellit utrinq̃.

In expulsis illis apparet sanies, & sanguis.

Ructatur fœtidum.

Post digestionem alleuiatur grauitas, & dolor in uentre, plæruncq̃.

Ab antecedenti apostemate.

Prædicta hæc signa, Cum

Antecessione signorum apostematis communia: proprie, terminationis per rupturam.

Sensibilis egressio saniei per uomitum & secessum.

Cum diminutione febris, &

Doloris grauius, malo salutari.

Remanentia uero doloris acuti mortiferi.

A materijs acutis,

M 3

Et prædicta sunt signa. &
dolor acutus in stomacho, sine tumore omnino & fe-
bri, nisi dolor inflammet.

IECORIS DEBILITAS,

Est actio læsa operationis eius, quæ erat partem chyli sue
colam per uenas mesaraicas attrahere, & in massam sangui-
nis permutare.

Causæ sunt tres:

- Mala complexio calida uel frigida
 Mala compositio.
 Solutio continuitatis.
- Cum, uel
 Sine materia.

SIGNA EIVS.

Propter raritatem substantiæ:
 Prostratio appetitus.
 Extenuatio corporis.
 Deiectio similis loturæ carnis.
 Sine dolore est, quoniam iecoris substantia nõ sentit.

Propter caliditatem, sunt
 Citrinitas faciei, præsertim in albuginibus oculorũ.
 Oris siccitas cum amaritudine.
 Sitis uehementia.
 Siccitas uentris plurima.

Cum materia.
 Vomitus rei citrinæ amaræ subtilis.
 Urina citrina, uel rubea subtilis cum iecur obstructũ
 est: grossa cum id obstructum non est, uel declinat
 iam obstructio.

Frigiditatem.

Frigiditatem.

Pallor faciei squalidus, cum liuiditate.

Grauitas totius corporis, cum pigritia.

Tensio hypochondrij dextri.

Vrina alba subtilis, glauca, uel palearis.

Cum materia, lactea, grossa, charopos, nisi oppilatio impediatur.

Egestio, forsan, chylosa, propter diminutam attractionem.

Sequitur fortasse, tumor & inflatio manuum & pedum,

si perdurauerit hæc dispositio.

Demum uero cachexia.

Vbi animaduerte, egestionem de cauo iecore significare, potenter admodum.

Vrinam de gibbo, & uenis totius corporis.

TENSIO, OPPILATIO, ET DURITIA SPLENIS.

Tensio, uentosa oppilatio est.

Durities, oppilatio antiquata.

Oppilatio, est quæ & magnitudo dicitur, & fit à materia humoralis proprie.

CAUSA.

Tensionis, est materia uentosa, ut dictum est.

Oppilationis, proprie materia humoralis.

Calida adusta ingrossata.

Viscosa phlegmatica.

SIGNA.

Communia utriusque, sunt: dolor grauatius & extensius in dextris præcordijs, cum uel sine febre.

Propria Oppilationis,

A caliditate: urina rubea subtilis ualde.

Stypticitas uentris.

Dolor acutus punctiuus, sicut pruritus uehemens.

Coloris citrinitas.

Corporis habitudo extenuata.

Pulsus uelox spissus.

Ardor, forsan, urinæ in uirga.

Vt plurimum cum febris est.

A frigiditate.

Vrina alba aquosa, subtilis ualde.

Nisi oppilatio soluatur pedetentim & assidue, aut materia sit plurima: tunc nanq; alba est & grossa.

Lenitas uentris.

Dolor grauatiuus.

Diminutio digestionis primæ, & secundæ, cum prostratione appetitus.

Habitus corporis fit modicus, squalidus, mollis, fri-

Color albus uel plumbeus. (gidus.

Tumor & inflatio pedum, forsitan, sub noctem.

Vomitus phlegmaticus.

Saliuæ multitudo.

Pulsus rarus, paruus, mollis.

Febris superueniente omnia erunt remissiora, nam diminuet materiam.

Sine febris autem plæruncq; est.

Tensionis signa sunt:

Extensio hypochon. dextri cum dolore, qui augetur hora digestionis, dum fames est minuitur.

Sedatur hic dolor per compressionem uehementem.

Rugitus fortis circa locum hepatis est.

Vrina alba grossa, ualde ampullosa.

Cum unâ febris adest, tum debilitantur signa hæc omnia, & apparent

& apparent communia febris signa, scilicet,
 Pulsus frequentior, uelocior, spissior.
 Anhelitus item.
 Et quædam præterea debilitas.

CACHEXIA.

Est habitudo corporis squalida, cum fœditate coloris, ne
 que aliud quicquam, quàm hydrops inchoatus.

CAUSA.

Est ab omni iecoris intemperatura, sine uel cum materia,
 hoc ut plurimum causæ est.

SIGNA.

Com Habitus faciei, manuum, & pedum tumidus, qui non
 nunquam delitescit ac redit iterum.

Color ex albo & citrino mixtus.

Diminutio urinæ & sudoris.

Inflatio mirach, & testiculorum.

Pruritus cum ardore sicco adusto, in cute & iuncturis.

Instantia uigiliarum cum debilitate uirtutis assidua, un-
 de quandoq; accidit Syncope.

Appetitus fortis, cum natura sibi constat ordinatis
 euacuationibus.

Prostratus cum siti assidua, quando retinentur super-
 fluitates.

Cum ulcus accidit, difficulter sanatur ac solidescit.

Caliditatis iecoris signa,

Cum prædictis, sunt

Vehemens sitis cum prostratione appetitus omnino.

Caliditas membrorum exteriorum ad medici tactum,
 maxime in palmis, & plantis pedum.

Plurima uentris siccitas, oris, & linguę sine grauitate.
 Rubedo urinę, cum spissitudine.
 Velocitas pulsus.
 Est plarunq; coniuncta febris.
 Cū materia: Vrina subtilis radiosa, propter oppilationē.
 Dolor, forsit an, sub costis dextris.

Frigiditatis. Cum prædictis sunt,
 Solutio uentris.
 Mollicies corporis.
 Corruptio coloris, cum tumore faciei, maxime palpebrarum.
 Paruitas appetitus, & digestionis.
 Vrina alba uel charopos, aut lactea spissa.

Cum materia, fit urina subtilis aquosa fulgida, propter oppilationem.
 Nec deest grauatius dolor.

HYDROPS,

Morbus est materialis, ex plurima re frigida causatus, ingrediente & inflante membra omnia manifeste, uel saltē loca, in quibus ciborum & humiditatum consistit regimen.

CAUSAE.

Sunt tres illę uniuersales, Primitiua, Antecedens, & Coniuncta.

Primitiua: Potus frigidę plurimę ilico post exercitium, concubitum, balneum, æstus solis, uel in ieiunio, quo infrigidantur membra naturalia.

Antecedens: Est, mala complexio calida aut frigida, cum uel sine materia.

Mala compositio; sicut, oppilatio membrorum eorundē: quareobrem.

quamobrem neq; humores debite in ipsis generantur, neq; uacuantur superfluitates.

Coniuncta: Aqua aut uentofitas, occupans uel membra omnia, uel solum nutritiua.

Partes eius sunt tres:

Tympanites.

Ascites.

Hypofarca.

Causæ particulares.

Tympanites constat ex aqua pauca, & uentofitate plurima generatis in uentre naturali, collectis inter fumen & peritonæum, uel peritonæum & intestina.

Auentriculi uitio hic incipit, & terminatur ad uitium iccoris. & oritur raro à frigiditate.

Ascites, fit ex aggregatione aquæ plurimæ, & uentofitatis pauçæ. Inceptus à uitio iccoris, terminatur ad uentriculi uitium. Defectu digestionis secundæ, ob calidam plærunque causam.

Hypofarca, fit ex multiplicatione sanguinis frigidi, subtilis, aquosi per membra corporis, mollificantis & inflantis, ocys totum corpus. Vitio digestionis tertix.

Exteriorum membrorum uitio incipit, ac terminatur ad uitium iccoris. In uniuersum ergo, læsa uentriculi & iccoris operatione prohibetur cibi in benignum Chylum formatio, aut sanguinem, quare conuertitur in rem uentofam: que dum non expellitur per ructus aut trullas (oppilatione uiarum prohibente) debilitatur expulsua & sequestratiua superfluitatum, & humoris hoc uitium in corpore colligit, certo hydropis effectu.

SIGNA.

Com Tumor pedum.

mu- Tumor uentris.

nia. Dolor in lateribus, dextro & sinistro.

Diminutio sudoris, & urinæ.

Fœditas coloris, declinans ad citrinitatem uel plumbeitatem.

Inflatio oculorum.

Sitis assidua, cum prostratione appetitus.

Propria Tympanitis.

Egressio umbilici plurima.

Tensio mirach in modum Tympani.

Arefactio membrorum, cum asperitate & siccitate.

Venter percussus, tympani modo resonat.

Durus idem est uehementer.

Appetit ructus & trullas patiens, quorum exitu alleuiatur.

Pedes non inflantur tantopere, quàm in alijs.

Pulsus est longus, & uelox.

Minor hic grauitas est, quàm in alijs.

A causa frigida, præter iam dicta, urina non ita tincta est.
& habet ampullas magnas grossas.

Calida urina tincta mutum est, & subtilis.

Pulsus frequens.

Febris continua conclusa.

ASCITIS.

Qui plærunq; fit à diuturna iecoris obstructione.

Inflatio & grauitas uentris plurima, qui percussus rauce sonat sicut uter aquæ plenus.

Quando uoluitur ægrotus per latera, sentit sonū & motum aquæ.

Interdum.

Interdum fiunt in testiculis, uirga, & cruribus inflationes fortes, & superiora manent gracilia.

In cute membrorum tumidorum est tensio, sicut corij per noctem in aqua depositi.

Si digitū imprimas, fouca redditur quæ non ilico replet̃.

Causa frigida.

Ventris adest lenitas.

Vrina non admodum tincta.

Subtilis est propter oppilationem.

Causa calida, uel cum apostemate;

Fit plurima uentris astrictio.

Vrina ualde tincta, subtilis est.

Cum febris conclusa.

Asciten plærunque antecedit arquatus morbus citrinus, uel niger.

Vrina in Ascite tincta ut plurimum est, quia natura non facit aliquam sequestrationem in humoribus biliosis & melancholicis, ita ut remaneant superfluitates cum urina, & tinguant eam uehementer.

HYPOSARCAE.

Inflatio omnium membrorum totius corporis.

Facies turgida, ueluti pugnus.

Totum corpus est sine arefactione.

Venter & umbilicus tam non inflantur, quàm in alijs speciebus.

Quando digiti uel brachia premuntur, reddunt figuram quæ non redit ilico.

Fluxus uentris (ut plurimum) chylosus, uergens ad albedinem.

Pulsus undosus, latus, lenis.

Vrina, ferè, charopos, uel alba lactea grossa.

MORBVS REGIVS.

Est defœdatio citrina uel nigra coloris corporis, cum per mixtione colorum urinæ, deiectionũ, & aliorum exeuntũ.

Species habet,

Citrinum.

Nigrum.

CAVSAS.

Citrinus fit iecoris uitio, causis sex.

1. Mala temperatura iecoris calida naturali, non naturali, sine materia.
2. Mala complexione iecoris calida, cum materia plurima, nempe cholera rubca.
3. Apostemate iecoris calido.
4. Expulsione cholerae rubcae Critica, ad superficiem totius corporis.
5. Debilitate Cystis fellis.
6. Oppilatione, quæ fit quatuor modis. In
 1. Substantia & uenis hepatis.
 2. Poro uesiculæ bilis, quo hæc attrahitur.
 3. Poro quo mandat ea choleram ad Pyloron, ut digestionem fortificet.
 4. Poro, quo ad intestinum ieiunum mittitur excitatum expulsuam.
1. Niger fit iecoris debilitate in superfluitate secundæ digestionis secernenda: tametsi raro.
2. Vitio lienis, debilis in attractione melancholiæ, propter oppilationem in uis eius. Aut,
Debilitate substantiæ eius: quæ plæruncq; causa est.

S I G N A.

1. Ictericæ

17. Ictericici Citrini à causa prima, sunt faciei citrinitas, potissimum albuginis oculorum.

Vrina impense rubea est.

Naturali illa quidem,

Accidentia non separantur à corpore, neq; offendunt nisi superfluant.

Propria enim hæc temperatura est, qua degit sibi sanus.

Aduentitia autem eadem, separatur.

Et præcessit fortasse concessio ciborū calidorū plurimorū.

Potus uini plurimi fortis.

Affiduitas famis & tristitiæ, cum uigilijs & labore.

2. Rubea bilis cum uomitu, secessu, & urina egreditur, que singula, rubea aut citrina uehementer sunt, nec tamen morbus interim minuitur: potissimum si materia multa est.

3. Febris continua acuta.

Dolor punctorius hypochondrij dextræ.

Omnia signa apostematis, de quibus infra.

4. Accidit in febre continua acuta, die Critica, uel nuncia.

Fit subito uno die, propter fortem expulsionem cholerae rubeae ad circumferentiam, idq; naturæ uel Symptomatis uigore.

5. Cum Ictericico fit nausea & uomitus cholerae, sine dolore hypochondrij dextræ.

Sitis.

Amaritudo oris, cum prostratione appetitus.

Vrina rubea impense.

Difficiliter hæc cognoscitur à causa præcedenti.

6. 1. Aeger sentit dolorem grauatiuum in dextris

2. præcordijs.

Egestio tincta est a principio, post gradatim dealbatur.

Urina est tincta ualde, turbida, grossa, spumosa propter re-
gurgitationem eius cum sanguine. Nisi discretiua & expul-
siua sint debiles admodum in iecore. Namq; tunc apparet uri-
na gradatim alba aquosa, sicut stercus.

Ictericia fortificatur.

Patiens est sine uomitu, & oris amaritudine.

3. Egestio & urina coloratissima sunt, grossa spumosa sicut
bolus armenicus.

Absunt uomitus, oris amaritudo, & sitis.

Appetitus est fortior uirtute digestiua stomachi.

Plærunq; adest fluxus uentris, propter bilis missæ ad inte-
stina multitudinem.

4. Stypticitas uentris.

Egestio alba dura sicut stercus caninum.

Fortificatio Ictericæ subito.

Urina rubea grossa ampullosa ualde, nisi iecoris seque-
stratiua debilis sit.

Aeger non est omnino sine uomitu,

Siti,

Oris amaritudine, & prostratione appetitus.

Sunt autem debiliora hæc, quàm in Cystis in attrahendo
debilitate.

Atqui pluribus hisce oppilationibus, ut plærunq; est, si-
gna quoq; simul plura uidebuntur.

Signa Arquati nigri.

Propter debilitatem uirtutis discretiua & expulsiua ieco-
ris, aut eius oppilationem.

Grauitas in dextro hypochondrio.

Citrina Ictericia præcessit.

Nigram urinam grossam, antecessit citrina intensa,
uel uiridis.

Propter lienis debilem attractionem, aut oppilationem.

Niger

Niger cutis color.

Tumor ac duricies lienis, adè ut imperiti credant esse apostema, licet sit sine febris acuta.

Vrina nigra grossa.

Fit plæruncq; per se incipièdo, ista nõ præcedēti.

APOSTEMA IECORIS

Fieri dicitur, cum materia per se primo colligitur in ipso. Excitari, quando materia de membro alio ad hepar delegatur.

CAVSA.

Fit ex bile, sanguine, uel atra bile.

Nunquam ferè ex phlegmate, ut neq; ex melancholia fit primo, sed consequendo ad apostema calidum lapidificatū.

Tempora uniuersalia.

Hoc quoq; ut aliud quoduis Apostema, quatuor si est salutare habet. Quod salutare non est, iugulare potest hominem in quouis illorum temporum, præterquam declinatione uera.

Principium.

Ea tempora sunt, Augmentum, uel Ascensus.
Status, &
Declinatio.

Idem uero stat, uel permutatur.

Cum stat, terminatur uel Resolutione.
Saniatione.
Induratione.

Permutatur in Peripneumoniam.
Phrenesim. uel
Alium affectum aliquem.

SIGNA.

Apostematis calidi:

Com Febris acuta continua.

mu- Dolor pungitius fortis in dextro hypochondrio.
nia. Sitis uehemens.

Sanguinei: Præter illa

Rubor faciei permixtus fuscèdini.

Pulsus undosus, id est latus, magnus, mollis.

Vrina rubea grossa.

Habitudo carnosæ.

Dulcedo oris sine causa manifesta.

Aetas iuuenilis.

Antecessio cibi sanguinem multiplicantis

Biliosi: sunt & communia signa, &

Color faciei citrinus.

Pulsus durus, uelox, diuersus, id est inæqualis.

Vrina intense citrina, cum pauca grossitudine.

Habitus extenuatus.

Cauitas oculorum.

Amaritudo oris sine causa exteriori.

Superuenit fortassis amarus uomitus.

Signa distinctiua apostematis in gibbo.

Aduenit quandoq; singultus, propter alimenti compres-
sionem; nam uentriculus compatitur.

Tussis sicca cum sputo, ex compassione diaphrag-
matis.

Istericia citrina, propter oppilationem.

Tumor in dextro hypochondrio, figura mediæ lunæ.

In Simo iccore.

Egestio, ferè rubea sicut lotura carnis.

Aut,

Aut, alba subtilis chylofa, propter defectum attracti-
onis.

Lenitas uentris.

Prostratio appetitus omnino.

Pro magnitudine apostematis, maiora fiunt ac certio-
ra accidentia.

Signa temporum quatuor.

Principium, est cum fluit materia ad particulam, & do-
lorem excitat, qui, ut longe, durat septem diebus.

Augmentum, est cum augetur dolor & febris, & ma-
teria tota superfluit.

Status, cum dolor & febris sunt in ultimo uehementie,
& materia tota fluxit ad locum.

Declinatio, cum facta est materiae fortis euacuatio, si-
mul & doloris diminutio.

Signa terminationis per
Resolutionem.

Per Emplaftra Anodyna tumor resoluitur.

Febris diminuitur.

Dolor mitigatur.

Virtus indies confortatur, sine apparitione exitus san-
guinis, uel saniei per secessum, aut urinam.

Huius terminationis tempus, est à primo puncto ægritu-
dinis usq; ad diem quartumdecimum uel iuxta.

Si itaq; ad hoc usq; tempus tumor non diminuitur, at tu-
mor ac dolor augētur, sciri debet apostema hoc resolui non
posse.

Terminationis per saniationem.

Post decimūquartū diē, uel circa, dolor & febris acuan-

tur, magis noctu, quàm interdū. Et, si calor naturalis uincit fit sanies: si accidentalis, uirus.

Superuenit tussis sicca.

Oculi concuuantur, cum rubore angulorum ipsorum.

Manus & pedes calent, malo saluari.

Infrigidantur, pernicioso malo.

Multiplicatur sudor, si ægritudo non alleuiatur.

Pulsus & anhelitus fiunt frequentes.

Terminationis huius tempus, est à quartodecimo die, uel circa, usq; ad uigesimum, quadragesimum, uel sexagesimū, secundum maiorem uel minorem causæ aut multitudinem, aut grossitudinem.

Post dies hos rumpitur apostema, cum rigore totius corporis: & sanies aut uirus purgatur per urinā & deiectionē.

Febris diminuitur.

Dolor item, nisi malum sit lethale.

Terminationis per indurationem.

Post dies quadraginta, febris & dolor falsò delitescūt non præcedente sensibili euacuatione.

Remanet in loco tumor, & duricies,

Cum prostratione appetitus,

Nausea, &

Quotidiana corporis extenuatione.

In permutationem apostematis habes signa eius affectus, in quem fit permutatio.

LIENIS DEBILITAS.

Causas habet.

ntemperaturam, & malam compositionem. Ex intemperaturis aut octo, potissimum afficiunt caliditas, & frigiditas.

S I G N A.

Commu-

Communia:

Coloris in corpore nigredo, spectata potissimū in oculorum albo.

Prostratio appetitus: neq; enim irritat melancholia os uentriculi.

Ablatio, uel diminutio hæmorrhoidum.

Ex caliditate sunt præterea,

Citrinitas cum nigredine permixta.

Destitutio appetitus omnino.

Sensibilis calor in hypochondrio sinistro.

Vrina rubea grossa.

Ex frigiditate insuper,

Color huiusmodi apparet nigredini permixtus.

Destruitur appetitus hic minus, quàm ante.

Frigiditas est sensibilis circa locum splenis.

Vrina glauca est, turbida inferius, supra quodammodo clara.

Raritate compositionis, Signa sunt:

Priuatio signorum calidorum & frigidorum.

Præter hæc, lienis offenditur ex quacuncq; causa facile.

LIENIS OPPILATIO, TENSIO,
& duricies.

CAUSA.

Fit ex materia uentosa in Tensione Oppilatio: nam hæc omnium generale nomen est.

In magnitudine & duricie, ex humoralis.

SIGNA.

Communia sunt,

Dolor lateris sinistri extensiuus, cū uel sine tumore.

Duricies sensibilis ad tactum, aut nulla.

Corruptio coloris in nigredinem.

Prostratio appetitus.

Materia humoralis. Cum prædictis,

Est tumor qui compressioni manus non cedit, uel difficulter.

Ventosa.

Fit locus planus, præterquam quòd doleat, quando uehementius comprimitur.

Quandoq; cuenit ex forti pressione rugitus, uel ructus.

APOSTEMATATA, VULNERA, ET
exituræ Lienis.

Huc pertinent quæ de iccoris similibus malis prædicta sunt.

C A U S A.

Fiunt plærunque à causa frigida, consequendo apostematata calida indurata.

Reliqua ex Iecorarijs mutator.

FLUXVS VENTRIS OMNIUM
MODORVM.

Species tres sunt,

Lienteria.

Diarrhœa.

Dysenteria.

C A U S A E:

Lienteria causis fit duodecim, quæ sunt,

1. Assumptio cibi peccantis qualitate.
2. Peccantis quantitate, dum grauat uentriculum, & debilitat eius retentiuam.
3. Effusio multæ melancholiæ acidæ aut ponticæ, ad os uentriculi.

4. Motus

4. Motus laboriosus à cibo mox, pleno uentriculo.
5. Potus plurimus cum, uel post cibum, reddens hunc fluidum.
6. Error in ordine edendi.
7. Catarrhus descendens à capite ad stomachum.
8. Collectio phlegmatis multi, in uentriculo, uel intestinis.
9. Debilitas digestiua & retentiua stomachi, propter raritatem substantiæ suæ.
10. Debilitas attractiua iccoris, ex oppilatione simæ eius partis, aut mesaraicarum.
11. Vicus uel Bothor, cuius tactu cibus excutitur.
12. Densitas in eatu corporis, qua superfluitates omnes intro uertuntur.

Diarrhœa, causis quinque.

1. Assumptione medicinæ superpurgantis.
2. Delegatione plurimæ bilis ad intestina.
3. Decursu humorum à uenis, & toto corpore ad iecur & intestina, naturaliter uel symptomatice.
4. Crisi in febris, uel naturæ, uel Symptomatis.
5. Tinesmo.

Dysenteriorum causæ sunt quatuordecim.

1. Sanguinis in toto corpore exuberantia.
2. Peccatum sanguinis, ut refutetur ab omnibus membris, & pellatur ad intestina.
3. Debilitas iccoris in sua substantia.
4. Oppilatio gibbi hepatis.
5. Retentio mensum, uel hæmorrhoidum.
6. Ruptura uenæ alicuius in intestinis.
7. Hæmorrhoides externæ uel internæ.
8. Tinesmos.

9. Hypercatharsis.
10. Casus uel percussio.
11. Crisis februm, præsertim Synochæ.
12. Debilitas uirtutis attractiuæ, & nutritiuæ membrorū.
13. Eruptio apostematis saniosi, naturaliter uel Symptomatice.
14. Corrosio intestinorū, quæ dysenteria nominatur maxime proprie.

SIGNA.

Communia Lienteriæ.

Cibus exit eadē qualitate & quātitate, qua assumptus est. Aut, si alteratus à iecore est, modicum est.

Quandoq; nō crudus cibus exit, sed Chylus, id est cibus In uentriculo digestus perfecte. Est autem res alba lenis, æqualis, sicut ptillana non colata.

Idem permixtus quandoq; est cum cholera, melancholia, uel phlegmate: quo tempore, color permutatur ad subcitrinum, uiride, aut liuidum.

Prostratio appetitus plæruncq;.

Propria Lienteriæ signa, à causa.

1. Habentur ex infirmi relatione.
 2. Hæc item.
 3. Appetitus multitudo, sicut in secunda causa, à qua difert hoc modo:
 - Mordicatio siue ardor fortis in ore uentriculi ante cibum, hic est.
 - Aciditas in ore, quæ cogit cibum assumere.
 - Sedatur autem post cibum uel potum rei unctuosæ.
- Istic, appetitus est sine ardore & acetositate, puro cum de siderio scilicet. (onis.)
- Hic etiā igestionis multitudo est, ut multitudo comesti
Deiectio

Deiectio hæc plæruncq; liuida est, uel plumbea: propter mixtionem melancholiæ cum cholera.

Grauaturn autem, quàm primum diebus aliquot solitæ deiectiones subsiterint, & prosternitur appetitus.

4. Motus signa docere solet patiens.

5. Neq; possunt esse obscura potus signa.

6. Ut facile patet error ex edendo.

7. Fluxus fit per somnum & resupinationē, deinde uenter retinetur dum uigilat homo.

In deiectionibus suis uidetur phlegma, & spuma.

Egestio lata & liquida, sicut uaccarum, est, cum rugitu & trullis plurimis.

Eger phlegmatis per gulam descensum percipit, si obseruarit. Signo ad hoc certissimo.

8. Egestio alba est.

Multitudo saliuæ, & nauisæ.

Vomitus phlegmatis superuenit quandoq;.

Phlegmatis cum cibo & deiectione exitus.

Egestio eius non est alterata admodum, hinc ciborum in ea qualitas obseruatur.

Sitis pauca est.

9. Huc pertinent proximæ causæ signa. Præterquam, quod egestio phlegmatica non est, sed cibalis, uel chylosa.

10. 1. Egestio alba chylosa, uel uiridis, propter admixtionē chyli cum materia alterata.

Vrina subtilis est citrina.

2. Egestio ut supra.

Vrina alba grossa, uel subtilis aquosa.

Grauitas sentitur in latere dextro sub costis.

3. De his infra in dysentericis.

11. Sensio doloris in stomacho & intestinis.

Cibus enim descendens, mordicando dolorem indu-

cit, quæ causa ut ante cibum nulla est, ita nec dolor rem excitat.

Delapso autem ad intestina cibo, doloris fit sedatio in stomacho, in intestinis commotio, donec ad anum usq; descenderit excrementum.

In egestione uirus est subtile.

Cibi egeruntur omnino non alterati, uel parum.

Putatur esse colica passio, cum non sit: quoniam est cū fluxu chyloso sanioso, & dolore post cibum.

Iuuant & frigida Styptica, quibus colica plane exasperatur.

11. Habitudo carnosa cum duricie cutis, & musculorum grossicie.

Color faciei liuidus, uel rubicundus.

Paucitas sudoris.

Multitudo quietis:

Intermissio exercitij, & laboris.

Multitudo egestionis cum paucitate comestionis, & prostratione appetitus.

Pronæ sunt hæ naturæ ad febres putridas, & apostemata perniciofa, propter retentionem superfluitatū secundæ, & tertię in membris, digestionis.

Diarrhœæ signa communia, sunt:

Quod egeritur non est cibus, neq; chylus, sed phlegma, cholera, uel melancholia, aut mixtū ex eis & cibo, dominante tamen humore supra cibum.

Propria:

12. Medicina uel consolata theriacis suis non fuit, uel pro corporis & uirium modo non mensurata.

Hinc sequitur anxietas ægri plurima, cum solutione uentris, quam neq; patiens neque medicus intenderat.

Mutatio

Mutatio coloris egestionum, & substantiæ, ad humorem alium.

Vehementia sitis mox à principio.

Fit post febreis chronicas acutas, adurenteis.

Aut, post sumptionem medicinarum calidarum.

Aut, sumptionē uini ueteris amari, plurimi, & omnium calefacientium iecur, & multiplicantiū in eo bilem.

Egestionēs citrinæ subtiles liquidæ, mordicantes anū.

Vrina subtilis ignita.

Color faciei citrinus, potissimum in oculorum albuginibus.

Deducit plerumq; ad dysenteria damnosa.

Inanitiō uenarum, & consumptio corporis magis magisque indies: Cum febrī.

Quod si accidit ui naturæ, fit in Aprili, Maio, aut Septembri, cum alleuatiōe ægri post ipsam.

Vbi id symptomatice contingit, apparent signa contraria.

Siq; humor calidus est,

Apparebit egestio subtilis citrina, uel uiridis, cū aduisione & mordicatione ani, sine uiscositate.

Appetitu interim prostrato:

Cum sitis uehementia,

Et oris amaritudine.

Ignita est & subtilis urina, quæ turbida potest esse, propter humorum agitationem.

Si frigidus, signa erunt omnia contraria:

Nisi quod humor citrinus uideri potest, aut uiridis tam in calida, quàm frigida causa.

In hac uiscositas adest simul, illa non item.

4: Signa hæc ex proxime superioribus habentur.

5: Frequens deñciendi appetitus, cum egestionis paucitate, & ardore ani.

Communia.

Egeritur fanguis, sanies, aut uirus, aut mixtum ex eis.

Si quid humoris aut cibi, una exit, id uero nomen haud mutabit.

Est quandoq; dolor in uentre, & ano: quandoq; non.

Et proprie loquendo, Dysenteria est fluxus cum excoriatione intestinorum.

Propria.

1. Corpus est sanguineū carnosum, ocio & quiete gaudens, usum uero alimento euchymo.

Mutilato corpori potest idem accidere: nam regurgitante sanguine, per uomitum aut fluxum eiusmodi purgabitur.

2. Urina est alba aquosa, uel lactea.

Sanguis qui egreditur, est subalbidus propter admixtum phlegma multum.

Omnia signa frigidi iecoris, debilis in uirtute sanguifica huc pertinent.

3. Egestio similis loturæ carnis, cum, uel sine dolore in dextro hypochondrio.

Fit ut plurimum post febreis acutas, aut diuturnas.

Vel apostemata, & usum immoderatum calidorum medicamentorum.

4. Dolor extensiuus in dextro hypochondrio, cum tumore, uel aliqua duricie.

Egestio est sanguinis boni puri plurimi.

Inanitio uenarum indies magis.

Bonitas appetitus, nisi forte stomachus iecori compatiatur.

5. Infirmi relatione constant hæc.

6. Egestio sanguinis pauci puri, uel melancholici, cū dolore

lore circa umbilicum, secundum quod situm est intestinum.

7. In externis ipso aspectu cognoscitur.
Internis:
Sentitur dolor in ano.
Egerendi difficultas accidit.
8. Creber desijcendi appetitus sollicitat, cum pauca uel nulla egestione.
Ardor in ano sine mordicatione est.
9. Enarrat patiens.
10. Hæc idem docet.
11. Huius signa constant ex diarrhœa Critica.
12. Corporibus heclicis accidit, atq; marcidis.
Additq; marasmmum assidue.
13. Antecessit febris acuta cum apostemate iecoris, uentriculi, lienis, lateris, pulmonis: & eorum signis, scilicet dolore fortidum tenderent ad conuersionem in saniam, nec resolui poterant.
Deinde rigor & tremor accidit subito.
Et alleuiatio omnis grauitaris, quæ significant apostema rumpi.
Incipiunt sanguis & sanies apparere in egestione.
Exeunt autem hæc multa quantitate, cum apostema est in iecore, uentriculo, aut liene.
Paulatim, si in membris quæ non habent uias amplas ad stomachũ & intestina, sicut in pectore & pulmõe.
14. Signa communia sunt,
Egestio mucilaginosa cum dolore pungitiuo in uētre.
Permixtio saniei uel sanguinis cum mucilagine.

Propria de falso phlegmate.

Antecessit catarrhus.

Egestio est phlegmatica, permixta cū sanguine uel sanie,

aut ambobus. Viscosa est sine multa acuitate quæ pungat, sed cum multa uentositate.

Fit cum per intestina omnia, tum potissimū intestinum re-
ctum, eo quod infimū sit, & omniuariam materiā trāsmittat.

Non est cum ea sanies plurima.

Color eius albus est uiscosus, sine uiriditate & citrinitate
omnino, certius hoc signū est, si corpus fuit pruriginosum.

De Cholera.

Apparet egestio citrina, uel uiridis subtilis sine uiscosita-
te omnino.

Cum ardore & dolore plurimo in uentre,

Angustia, &

Siti.

De sanguine adusto.

Apparet egestio rubea grossa, nigra uel liuida.

De Melancholia adusta.

Egestio nigra est habens odorem aceti, quæ cum cadit su-
per terrā arenosam uel spongiosam bullit, ac fugat muscas.

Est cum dolore in uentre, & assidua punctura.

Nec potest esse recens causa hæc, sed semper antiqua. Est
enim aliquando recens alioqui malum hoc. Ac

Recens excoriatio plus habet de sanguine quàm sanie.

Egrediuntur fortasse albæ & subtiles squamæ, latæ, quæ
intestinatorum sunt cortices.

Signa loci affecti.

Si corrosio est in intestinis superioribus,

Dolor sentitur ut plurimum supra umbilicum, sub eo.

Vel infra ad duos digitos, directe in medio uentris.

In egestione feces bene commixtæ sanguini uidebun-
tur &

tur & saniei, propter longam uiam.

Nec egreditur egestio mox super dolorem, sed post tempus aliquod.

Si est in inferioribus.

Sentietur dolor ut plurimū sub pectine uersus dorsum
Vel in alterutro latere, quasi sit dolor renum, cum
non sit.

Materiae exeuntes uidentur distinctae, uel non bene
commixtae.

Et egestio egreditur quando fit punctura.

STYPTICITAS OMNIUM MODORVM.

CAUSAE.

Antecedens causa est, in intemperie, & mala constructione.

Primitiua causa suos habet in ipsa modos, sicut posthac
uidebitur.

Intemperie affectus hic quatuor modis accidit,

Intestinorum siccitate, fortificante retentiuam, ut melancholicis accidit.

Caliditate iecoris uel intestinorum consumente humiditatem, quod accidit corporibus cholericis, aut iuuenum febrientium.

Renum caliditate digerente per urinam.

Destructione sensus intestinorum propter intemperaturam summam, unde uirtus expulsua non potest ad deiectionem excitari.

Vitiosa constructione.

Per strictitudinem uel oppilationem uiae, quae à uessica bilis ad intestinum duodenum porrigitur, quae bilis transmissionem impedit, quod accidere solet & apostematis frigiditate.

Per grossum & uiscosum phlegma, parietibus intesti-
norum adhærens, idq; ut plurimum.

Per uehementem corporis raritatem, qua insensibili-
ter euaporant omnes humiditates, tam subtiliatæ,
quàm nutritiuæ.

Apostema intestinorum oppilans meatum ipsorum.

Primitiuæ causæ partes hæ sunt:

Cibi siccitas, proprie in comestionis principio, sicut
est risi, milij, & pisorum.

Cibi paucitas, ut fit in annis sterilibus, & in prostratio-
ne appetitus.

Labor fortis sudare faciens.

Caliditas aëris resoluens, sicut fit in balneo, uel sole
calido.

S I G N A.

1. Extenuatio mirach & eius subtilitas, cum priuatione
omnis causæ alterius.

Ventriculus calidæ complexionis est.

2. Sitibundus est, sed modicus ei potus sufficit in uicem,
multus fluctuat in eo.

3. Vehementia sitis.

Duritia fecum, ut scybali modo exeant.

Ardor in uentre & ano, sub egestionem.

Vrina subtilis ignita.

4. Exuberantia urinae, cum siti, & corporis ariditate.

Caliditas sensibilis circa renes.

Vrina subtilis aquosa, non citrina.

5. Sentit uel paucam, uel nullam in uentre mordicationem
post assumptionem acutorum.

Prauæ constructionis signa.

Difficul-

Difficultas egerendi, cum siccitate & albedine fecum.

Inflatio uentris.

Vt plurimum est cum Ictericia citrina.

Cum uomitu cholerico interdum.

Vrina ignita est.

Fructibus.

Piscibus.

Caseo.

Pane similigineo.

2. Fit post satietatem nauseatiuam ex

Retinetur fex & uentositas omnino.

Multiplicatur nausea.

Fœtet eructatio.

Surgit in uentre dolor Colicus fortis, ad quem forte sequitur frigidus sudor.

Vrina alba uiscosa, cum spuma plurima.

3. Paruitas fecum perpetuo.

Et, siccitas eius immensa semper.

Multitudo famis.

Vehementia appetitus.

Habitudo corporis sicca macra.

Ambulanti in sole dissoluitur uehemēter uirtus, & inflammatur.

Moratus item in balneo.

Fatigatusue.

4. Hæc signa tradentur infra, capite de apostemate intestinorum.

Causarum primitiuarum.

1. Signa ex infirmi relatione patent

2. Per se manifesta sunt.

3. 4. Ex ægri narratione constant.

COLICA, ET ILIACA PASSIONES.

In utroq; affectu torsio est, qua laboranti corpus suū perforari uidetur. qui dolor, in Colica est quatuor latos digitos supra umbilicum. In Iliaca, sub umbilico recta, uel ad quatuor digitos latos infra.

C A V S A E.

1. Stercus exiccatum in intestinis, scindens ea.
2. Ventositas grossa plurima uehementer extendens sola, uel generata à phlegmate, melancholia, uel cibo inflatiuo.
3. Vermes in intestinis nati, mordicantes.

S I G N A.

1. Stercoris, tradita sunt ubertim de stypticitate uentris.
2. Ventositatis, sine humoralí materia uel omnino, uel plurima.
Fomenta calida statim à principio conducunt, nulla medicina præmissa.
Ventris debita lenitas adest.
Dolor mitigatur per localia medicamenta.
Inflatur uenter, cum dolore qui pressioni non cedit.
Auditur rugitus,
Ructus frequens, difficilis.
Ventositas propemodum omnino retinetur.
Vrina alba est, subtilis, aquosa.
Antecessit usus olerum, & leguminum.

Cum materia humoralí, phlegmatica subtili.

Fomenta non conferunt ante purgationem, sed augent morbum.

Antecessit nauseatiua satietas antiqua.

Egreditur fortasse uiscosum phlegma cum uomitu & secessu.

Vrina

Vrina alba grossa est, uiscosa, spumosa.

Sedatur fortasse dolor aliquando, & redit post duas
uel tres horas.

Phlegmatica uiscosa, uel grossa:

Ventositas atq; fex omnino retinentur.

Nausea multiplicatur.

Fit dolor fortis in uentre, cum rugitu.

Sudor quandoq; frigidus erumpit.

Cibali. Antecessit nauseatiua fatietas recens, opprimens
calorem naturalem stomachi, & intestinorum multitudine
sua, uel extendens uentositate.

Retentio stercoris & uentositatum.

Fit rugitus in uentre.

Fit ructus foetidus assidue.

Melancholica in uentrem effusa.

Acidum ructatur.

Inflatur uentèr ilico post effusionem eius à splene, cū
dolore uehementi.

Grauitas fortasse, aut inflatio in loco splenis.

In corporibus melancholicis siue natura, siue ætate, id
accidit.

SIGNA VENTOSITATIS CONCLV-

æ inter tunicas intestinorum.

Raro fit per se incipiendo, sed consequendo Colicam
antiquam de phlegmate.

Est cum angustia & uehementia doloris, quem deie-
ctio & uomitus uel nihil uel modicum sanè commi-
tigant.

Ventositas & ructus nullus egreditur.

Venter non rugit etiamsi comprimatur.

LUMBRICORVM SIGNA.

Antecessit nauſcatiua ſatietas diuturna, potiſſimū ex fru-
ctibus, oleribus, alijsq; cibis putreſcibilibus facile.

Oris fœtor pluribus adest.

Ingluuiēs multa cum pauca deiectione.

Habitudo macra.

Multitudo ſaliuæ currentis ex ore præter ſolitum.

Ventris non ita magna inflatio, ut inanitiior uideatur.

Famis tempore dolor augetur.

Oculorum quædam grauitas moleſtat.

Caligo quædam.

Et faciei obtenebratio.

Nares frigent cum pruritu, qui cogit fricare: propter ad
nares aſcendenteis fumos.

Epileptiæ diſpoſitio quandoq; (nem.

Quædoq; ſpaſmi ſollicitat diſpoſitio, propter mordicatio-

Sape mortem conſciſcunt.

APOSTEMATA, ET VLCERA
INTESTINORVM.

CAVSA.

Quoduis apoſtema fit à materia humoralī, ſubeunte per
uenas & arterias in debilis membri ſpongioſitatem, & ſol-
uente continuitatem eius. Vnde conſtat inteſtina, ut alia o-
mnia ſolida, denſa, & neruoſa membra, non poſſe niſi à cali-
da, acuta, cholericā materia apoſtemari. Autor eſt Galenus.

SIGNA.

Ilei, ſiue apoſtematis cholericī.

Dolor in uentre maximus eſt, cum inflatione eius,
pulfatione.

Febri acuta ualde,

Siti,

Siti, &

Vomitu cholericò.

Qui dolor si fortificatur, cogit ægrotum stercus euomere, propter oppilationem ex apostematis magnitudine.

Fœtet anhelitus, ructus, & corpus uniuersum.

Angustia & reuolutio infestat de latere in latus.

Quæ accidentia præter febrim accidunt interdum, tumq; significant phlegma grossum uiscosum, adhærescens uehementer intestinorum meatibus.

TINESMOS, ET PRURITVS ANI.

Tinesmos, est continuum deiiciendi desiderium cum conamine & pondere, sine effectu omnino, uel pauco.

Pruritus, assidua sedis mordicatio est, ac ueluti tinesmum præcedens dispositio.

CAUSAE.

1. A uermibus in ano natis accidit.
2. A falso phlegmate uisoso, mordaci, quod ant labris adhærescit, & stimulat ea.

SIGNA.

Vermium proprio capite dicentur.

A falso phlegmate mali signa sunt,

Ægrotus indefinenter sentit in ano stimulos, quasi fecum & egestionis.

Cum dolore.

In assellando nihil e greditur, uel parum, idq; ceu sputum est, aut mucilago.

Nec fecibus permixtum est, sed purum.

Sine excoriatione est, si passio recens est.

Malo antiquo, uideas excoriationem, & sanguinem

uel faniem egressa cum tali sputo.

Et suppositorijs plus iuuatur, quàm enematis, quod egregie distinctiuum signum est, maxime si interior est excoariatio.

EXITVS, ET MOLLIFICATIO ANI.

Causis accidit quinque.

1. Humiditate phlegmatica multa.
2. Paralyfi musculorum eius.
3. Apostemate interno longani.
4. Percussione uertebrae dorsii.
5. Fistula ani infiltrata.

S I G N A.

1. Pateriens sentit in ano dolorem grauatium, cū mordicati one, & affellandi cotinuo appetitu, & maiori q̄ in tinesmo. Apparet in egestione, uel post mucilago alba uiscosa. Anus quandoq; intrat, si manibus impellas uehementius paulo.
2. Passio fit subito. Fit cum paralyfi in alterutro latere. Egreditur stercus & crepitus inuoluntarie.
3. Anus, quantumuis impellas non ingreditur. Est cum rubore, calore, & dolore acuto. Est fortassis cum febrī.
4. Narratione infirmi patent.
5. Antecessio fistulae diurnae, cum assidua stillatione humiditatis pessimae, uel saniosae. Et, induratione labiorum eius.

VERMES IN ANO NATI.

Generantur

Ex materia putrida, & marcida phlegmatica uiscosa, in quam

quam calor naturalis, solaris, & putredinalis agunt.

SIGNA.

Pruritus Ani frequens est.

Si inuersum uentosa anum inspicias, res uiuæ apparent fortasse, sicut tinea quæ in caseo nascuntur.

Figura & colore uariant pro materiæ diuersitate, ex qua generantur.

Cucurbitini hic non generantur, sed in colo & longano, qui postea descendunt ad anum.

RHAGADIAE ET FISSURAE ANI.

Rhagadiæ, sunt fissuræ labiorum ani, ex quibus nihil interdum emanat: emanat quandoq; res uiridis foetens, cum dolore, ardore, & tumore quodâ, nigra, liuida, uel citrina.

Nonnunquam cum febris est.

CAUSA.

Fit semper ex materia adusta cinerosa.

Vel falso phlegmate ulcerante, & apostemante loca iam dicta.

SIGNA.

Se ultro exhibent.

HAEMORRHOIDES ANI.

Hæmorrhôis nominatur uena magna à liene ad longanum producta, diuisa in ramos quinque, per quos melancholia purgatur.

Eodem uero nomine uocatur eorundem passio, quando scilicet inflantur, & apostemantur magno cum dolore circa anum.

CAVSAE.

Morbum hunc generat sanguis grossus a ductus plærūq̃.
Aliquando, non a ductus qui in licne est.

Species.

Interiores sunt quædam, & non apparentes.

Exteriores quædam, apparentes.

Vtralibet trium generum.

Verrucæ, quæ duræ sunt & siccæ, cum tumore & dolore
in ano. Ex quibus nihil emanat.

Morales, molles fistulosæ, emittentes continue uel pe-
riodice rem citrinam, nigram, uel albam.

Ficus quæ sunt apertæ omnino, mittentes purum, uel
grossum melancholicum sanguinem continue, uel
periodice.

Vbi cauendum est, ne sanguinis apostematici, aut mem-
bralis profluuium nos decipiat.

S I G N A.

Communia.

Dolor uehemens est circa sedem, cum uel sine feбри.

Exteriorum propria.

Inspicienti plures tumores apparent, uel unus.

Interiorum.

Intra sedem dolor percipitur.

Fit difficultas egerendi.

Sequitur, præcedit, uel coniungitur excremento sem-
per, uel periodice sanguis, humor niger, aut uiridis
tætidus.

In tinesmo, longani excoriatione, & dysenteria sunt hæc
quoque signa, ob id ano per cucurbitulam inuerso, certissi-
me conspicias an solus tumor adsit, an simul excoriatio.

APO.

APOSTEMA, ET VLCVS
ANI.

De his, actum est capite de ani exitu propter apostema.

DEBILITAS RENVVM.

Renum utilitas & usus est, serosam humiditatē à sanguine in hepate recens genito segregare, qui usus perturbatur diminutione, ablatione, & corruptione.

Causis.

Intemperatura calida, sicca, humida quæ raro est sine frigiditate.

Praua compositione ex oppilatione, uel substantiæ laxitate.

Solutione continui, per apostema, uulnus, aut ulcus renum.

S I G N A

Malæ complexionis alibi traduntur, ut:

Calidæ de macie renum.

Malæ compositionis, oppilantis,

Dolor grauatiuus in renum loco.

Vrina alba grossa, humorosa, ampullosa, cum residentia uiscosa.

Diminutio appetitus edendi.

Laxitatis substantia.

Vrina sicut lotura carnis, cum dolore renum,

Prostrato appetitu, & dorsi debilitate.

MICTVS SANGVINIS AVT SANIEI

ex ulcere renum uel ureterum.

C A V S A E.

Mictus sanguinis sunt,

1. Percussio uel casus super alkatim, rumpens uenam ca uam, emulgentem, uel colatorium renum.
2. Humor acutus subtilis, corrodens loca supradicta, uel aperiens ora ipforum.
Exiccatio uehemens, caliditas, aut cōcubitus nimius lacerans ea loca, saltem in corpore cholericō, & tempore calido.

Mictus saniei.

1. Antecessit mictus sanguinis diuturnus, quamobrem extra uenas substans sanguis, in sanie[m], uel nitrosum uirus conuertitur.
2. Ulcus seu corrosio locorum predictorum, quod faciūt humores calidi adusti, uel falsi nitrosi.
3. Apostema saniosum in renibus terminatū ad rupturā.

S I G N A.

Distinctiua in mictu sanguinis ex renibus.

Sanguis exit plurimus, potissimum ex ruptura uenæ.
Grumosus est sanguis, interdum subtilis ut sanguis phlebotomatus.

Dolor sentitur secundum locum renum.

Præcessit fortassis casus, aut percussio super dorsum.

Aut, usus acutorum ciborum.

Vel, abusus coitus, aut exercitij tempore feruido.

Ex uesica aut collo eius.

Sanguis exit paucus, sunt enim membra neruosa.

Egreditur ante urinam, uel non bene permixtus u-
rinæ.

Sentit patiens dolorem circa pectinem & uirgam.

Habet stranguriam dolorosam.

In mictu

In mictu saniei ex renibus uel ureteribus.

Præcessit apostema saniosum in renibus apertum.

Minxerit sanguinem.

Cum urina ueluti sanguinis carunculæ exeunt, aut sicut pili.

Sentitur paruus dolor pungitius circa locum renū.

Ex uesica. Antecessit uesicæ scabies.

Sanies egreditur.

Apparent squamæ in urina.

Dolor est fortior.

CALCVLVVS, ET ARENA ALBA,

uel rubea.

CAVSÆ.

Materia grossa cinerosa terrestris à calore naturali assata in causa est (quomodo & lateres in camino fiunt) facta ex mucilagine, quam iecoris indigestione renes acceperunt.

Lapis fit autem, cum uiscosæ materiæ quicquam accedit.

Arena, cum nihil eius.

Calculus, quando ex mediâ quadã materia cogitur quicquam eiusmodi.

SIGNA.

Calculi renum color rubeus est.

Egrediuntur forte cum urina fila longa sicut pili.

Dolor Colico similis percipitur. Quia

Venter & urina sistuntur.

Nausea mouetur.

Fit dolor in Ilijs, sicut in passione Colica, affectu familiarissimo dolor est ad uertebras decliuor, in Colica est umbilicum uersus.

Fixus stat hic dolor, in Colica non item.

Cum ad Vreteras exit calculus, dolor sentitur à renibus ad inguina descendere, quasi aliquid in eis suspensum sit.

Sentitur dolor in eius concavitate, quæ est supra anum & eius uertebras, cum uesicæ calculus appropinquauit.

Vesicæ calculi signa.

Albedo urinæ, & subtilitas eius.

Residentia alba in fundo urinalis.

Erectio uirgæ propter urinæ retentionem.

Difficiliter exit urina, & cum dolore uehementi.

Virgam patiens scalpit, & frictitat.

Anus exit quandoq; propter multitudinem urinæ, & expellendi difficultatem.

Dolor sentitur sub pectine, & pudendis.

Pueris hic lapis familiarior est, adultis ille.

Lapidem posse conteri, signa.

Post usum lithotritibon medicinarū, solito plures arenæ uidentur in matula.

Vrinæ multiplicantur.

Mitigaturq; dolor.

DIABETES.

Est urinæ superflua multiplicatio ex renum caliditate proueniens, nocumento uirtutis attractiuæ & digestiuæ ipsoꝝ.

S I G N A.

Sitis fortis, & assidua.

Os aut labia nō humectantur ex potu aliquo tēpore.

Ilico post potum abunde mingitur.

Vrina est alba subtilis sicut aqua, propter simplicitatem & cruditatem.

Corpus indies extenuatur.

MACIES RENVM.

Est consumptio adipis stantis circa renes, cum exiccatione humiditatis quæ est in eis.

Causæ sunt duæ.

Calor exuperans.

Fames & priuatio nutrimenti.

SIGNA.

Communia. Inappetentia concubitus.
 Impotentia eiusdem.
 Concubitus, aut famis nimix signa,
 Patiens commemorare potest.
 Malæ complexionis sicca
 Innata, aut
 Fluxa.

Signum est priuatio causarum primitiuarum iam declararum.

OPPILATIO, ET DVRICIES RENVM.

CAUSA.

Phlegma grossum viscosumq; adherens renibus & uis ureterarum, aut melancholia, uel utrunq;
 Apostema induratum.

SIGNA.

- 1. Paucitas urinæ, aut
 Maior solito fusio, cum albedine & subtilitate.
 Dolor grauius circa renum uertebras.
 Prolongato malo, incipit uenter inflari.
 Vrina magis ac magis retineri.
- 2. Antecessio apostematis in renibus, cum signis proprijs, non sanati.

Perdurat grauitas in alkatim.
 Cum quo minuitur urina.
 Venter præterea inflatur.

**APOSTEMATA RENVM, ET
 VRETERARVM.
 CAVSÆ.**

Fiunt ex omnibus quatuor humoribus plerūq; cum per-
 mixtione phlegmatis.

SIGNA.

Febris continua permixta, & cum horrore nō habēte
 paroxysmum.

Sensio doloris grauatiu renum, ac si quicquam istic
 suspensum sit.

Supinus iacere egrotus non potest.

Apostema Superuenit stranguria.

te magno. Surgit tumor circa iecur, propter urinæ regur-
 gitationem.

**SCABIES, ET VLCERA VESICAE
 AVT VIRGAE.
 CAVSÆ.**

1. Scabies fit ex ulcere, ulcus ex apostemate sanioso rupto.
2. Propter materias calidas acutas nitrosas, erodenteis par-
 tes quas diutius uel pertranseunt, uel quibus immorantur,
 sicut est Plegma falsum: aut
 Cholera.

SIGNA MALORVM.

In ue Dolor sentitur circa fumen & pectinem, cum extenua-
 fica. tione corporis totius.

Sanies egrediens urinæ minus est commixta quàm in
 renum ulceratione.

Fœtet urina.

ORVM MORBORVM.

Malo uetustiori: cum urina & sanie subtiles & albæ squamæ simul exeunt furfuris modo.

In col Sētit æger dolorē in radice, medio, uel capite uirgæ lo eius. aut uulvæ labia cum urina transit.

Dolor est fortior in ulceribus uesicæ, & colli eius, quæ renum & ureterum, propter sensum acutiorem.

ARDOR VRINÆ

Est mordicatio partis ulcerosæ à re nitrosa proueniēs, currente super ipsam simul cum urina. Exuicerata aut pars hæc est in uesica, collo eius, capite uirgæ, uulua, renibus, uel poris ipsorum.

CAVSÆ.

Humor acutus erit, ueluti:

Salsum phlegma.

Cholera.

Sanies ex Ulcere in renibus.
Scabie in uesica.
Ulcere in uirga.
Stranguria.

SIGNA.

Relatio infirmī.

Antecessio signorum prædictorum.

Sensio doloris in loco læso.

STRANGURIA.

Cum, uel sine ardore urinæ est morbus hic.

CAVSÆ.

Cum ardore urinæ, fit

Ex urinæ acumine, quæ quamprimum destillarit in uesicam, excitat expulsiuam.

Ob uesicæ ulcus, quod eo morso eijciatur urina.

Sine ardore.

Propter uesicæ debilitatem, aut raritatem texturæ substantiæ eius.

Propter paralyfin in collo uesicæ, qua muscoli transfuersales quæ retentiuæ uirtuti inseruiūt laxantur.

Paralyfis hæc ab humida intemperie est, uel causa primitiua, ut partus difficultate, aut casu, uel percussione.

S I G N A

Communia patiens dicet.

Acuminis urinæ. Vrina est citrina uel impense rubea, subtilis ualde cum priuatione signorum ulceris.

Ardoris signa superius diximus suo loco.

Debilitatis uesicæ. Vrina, nisi manibus comprimatur, non exit copiose.

Mollificationis. Apparet urina alba grossa lactea, cū contentis phlegmaticis, nisi iecur obstet.

DYSVRIA, ET ANVRIA. CAVSA.

Fiunt ab ægritudine

Mollificatione.

Vesicæ Extensione post uehementem urinæ retentionē.
Sanguinis coagulatione, puri uel cum sanie.

Colli uesicæ & uirgæ, ex lapide substance, uel apostemate.

Renum aut meatuum eorum, ubi est uel

Lapis oppilans.

Apostema.

Verruca.

Caro dura.

SIGNA.

SIGNA.

Lapidis renum & ureterarum.

Grauitas in dorso.

Inanitiō uesicæ, quòd descendere urina non possit.

Dolor circa iecur, cum inflatione & hydropē.

Antecessio lapidis, uel arenæ in matula.

Apostematis, prædicta sunt.

Verrucæ, fit plærūq; post ulcera, accidētia in hoc meatu.

Ob uesicæ paralyšin.

Mingitur facile, quando fit compressio super uesicā.

Tumor & repletio uesicæ ex urina.

Extensionem.

Accidit pueris, & stolidis, & hoc genus simplicibus,
cum facere urinam prohibentur.

Sanguinem.

Antecessit mictus sanguinis & saniei, post retinetur
urina, & inflatur uesica.

Propter, in medio, uel radice uirgæ, lapidem.

Dolet quo loco stat lapis.

Repletio uesicæ, & eius inflatio.

Compressioe nihil egreditur, & augetur dolor.

Resupinato & concussio exit urina.

Apostema. Vide infra loco proprio.

Verrucam in collo uesicæ, aut uirga.

Dolor acutus in uirga.

Fit plærūq; post ulcera.

Antecessit mictus sanguinis & saniei, proprie ante exitum urinæ.

INSENSIBILIS VRINAE EXI-
tus, & mictionis in lectum.

CAUSAE.

Calida & humida uesicæ, & renum complexio.

S

2. Frigida & humida.
3. Paralyſis muſculorum ueſicæ.
4. Potus ſuperfluus.

SIGNA.

1. Habitus carnoſus liuidus.
Vrina citrina uel rubea.
Dolor ſentitur in exitu eius.
Pueris ſere accidit.
2. Habitus corporis phlegmaticus.
Vrina alba groſſa exiens ſine mordicatione omnino.
Profundatio ſomni plurima.
Sitis priuatio omnino.
3. Vigilantibus etiam exit urina inſenſibiliter.
Fit maxime in ſenibus & decrepitis.
4. Ebrietas & crapula deſignant.

APOSTEMA IN VESICA

aut collo eius.

Tametsi generari hoc poſſit ex quolibet humoris genere,
Plærunq; tamen ex humore acuto ſubtili eſt.

SIGNIS.

- Quod febris acuta ſollicitat.
Dolor uehemens, cum punctura in ueſica.
Alienatio mentis.
Nigredo linguæ ſicut in Pleureſi.
Magnificati. Retinentur ſtercus & urina.
Diſtinctiua ab ulcere matricis.
Exeuntia ſunt mixta cum urinis.
In anteriori parte uteri dolor magis ſentitur, aut uul-
uæ potius.
Multiplicatur color albus in exeuntibus.

DIMINV-

DORVM MORBORVM.
DIMINVTIO COITVS.

139

Causas habet quatuor.

1. Debilitatem appetitus. Defectu inflatiuæ uentositatis.
2. Ereccionis debilitas. Virgæ Paralyfi.
3. Genituræ paucitas. Siccitate testicularum, & uniuersi corporis. Frigiditate. Frigiditate & siccitate spermatis.
4. Virgæ breuitas atq; gracilitas.

SIGNA.

Defectus uentositatis.

Paucitas ereccionis cum priuatione inflationis, uirtute corporis uel bene se habente.

Paralyfi.

Genitura satis abundat subtilis, & facile egreditur.

Desiderium constans, sed erectio debilis.

Genituræ paucae propter siccitatem

Paucum exit sperma in concubitu.

Frigiditatem, Signum est

Desiderium ad concubitum fragile.

Coitu sperma exit plurimum subtile aquosum, sed tardi exitus est post frictionem plurimam.

Frigiditatem & siccitatem simul.

Habitudo corporis melancholica, scilicet macra, nigra, gracilis, mollis, laxa q; carnis.

Tarditas egressionis seminis.

Paucitas sanguinis & seminis.

SATYRIASIS, ET PRIAPISMOS.

S 2

Satyriasis, est mentulæ assidua tensio, cum desiderio concumbendi.

Priapismus, assidua eius inflatio est, cum paucis, uel nullo coitus desiderio.

In mulieribus Satyriasi fortiter pruriunt uulue labia, quod erectionis loco habent.

CAUSAE.

Sanguinis & genituræ multitudo.

Prurigo genituræ plurima, ob acumen & caliditatem eius. (semen.)

Multitudo humiditatum, præparatarum ut fiat ex ea

Multitudo uentositatum crigentium uirgam.

SIGNA.

1. **Habitudo carnosæ rubens, cum uirtute corporis.**
Paucitas debilitatis post coitum plurimum, & pollutionem.
Impinguatio mulierum cum quibus concubunt.
2. **Fortitudo immodica desiderij concubitus, sed omnium maxime debilitatur ex eo.**
Modicum exit sperma & subito, cum ardore in capite penis, & sequitur fere ardor in urina proxima.
Frequentatus concubitus inducit exiccationem et totius corporis, & marasmus.
3. **Parum debilitatur uel plurimo coitu.**
Abundans ad concubitum sperma est, & id subtile.
Albedo coloris.
Habitudo corporis phlegmatica.
Multitudo inflationis uirgæ, nullo admodum coitus desiderio.
4. **Quod infirmus narrauerit.**
Vbi si una caliditas adest, uidetur

Rubedo.

Rubedo corporis.

Defideratur uehementer concubitus.

Si frigiditas simul adest.

Albet color corporis.

Habitudo squalida est.

Modicum coitus defiderium, quem tamen perficere plurimum potest sine offensione.

GONORRHOEA, ET POLLVTIO NOCTVRNA.

Fit quandoq; cum erectione uirgæ, quandoq; sine.

CAVSIS.

Debilitate uirtutis retentæ uasorum spermaticorū,
& testiculorum prop.

1. Seminis plurimum acumen, excitans uirtutem expulsiuam.
2. Multitudinem humiditatum præparatarum ad fiendum sperma.

SIGNA

1. Sunt Satyriasis à simili causa signa.
2. Et hæc, tertix Satyriasis causæ signa repetit.

APOSTEMATA VIRGÆ, ET TESTICVLORVM.

CAVSÆ.

Vt alia omnia, ita hæc quoq; apostemata fiunt potissimū à duobus calidis humoribus, tametsi alioq; possint ab omnibus quatuor humoribus generari.

SIGNA

Calidi. Rubedo uirgæ & testiculorum, cum tumore & ardore forti.

Febris continua.

Cholerici. Ardor, color, & calor fortificantur supra ruborem & tumorem.

Sanguinei. Omnia fiunt contrario modo.

Frigidi.

Tumor sine rubore & dolore plurimo.

Ex Phlegmate. Apparet tumor mollis albus.

Ex Melancholia. Durus & niger.

MENSES SVPERFLVVNT.

Causis decem.

1. Est sanguinis multitudo in toto corpore, redundare faciens uenas in matrice.
2. Multitudo cholerae in sanguinis massa.
3. Multitudo phlegmatis subtilis aquosi, facientis penetrare.
4. Venarum corporis latitudo, uia humoribus patefaciens.
5. Debilitas uirtutis retentiae in matrice, cum mollificatione uenarum eius.
6. Densitas totius corporis, ut ex eo nil resoluatur, sed aggregetur.
7. Haemorrhoides in matrice.
8. Ulcera & Rhagadiae in matrice.
9. Laesio matricis ex partus difficultate.
10. Casus uel percussio super uentrem, lumen, uel uertebrae ani.

S I G N A.

1. Habitudo carnosae rubicunda munda.
Non debilitatur, neque discoloratur ex ipso.
Urina rubea grossa ualde.
Antecessio oculi & quietis, ac ciborum qui sanguinem multiplicant.

2. Habitua

2. **Habitus macer citrinus**, cum debilitate uirtutis post plurimum fluxum.
Tenuitas sanguinis menstrualis in petiam recepti.
Ardor forsan in uulvæ labijs.
Vrina subtilis impense citrina.
Potest præcellisse usus acutorum, labor, aut exercitiis.
3. **Habitus squalidus phlegmaticus**, albus uel plûbeus.
Multitudo mensium absq; corporis extenuatione.
Subtilitas eius quod egreditur, cum colore albo; uel si cut lotura carnis plæruncq;.
Vrina alba lactea, uel Charopos.
Antecesserit ocium, & usus cibi phlegmatici.
4. **Habitus gracilis, cum apparentia & inflatione uenarû in manibus & pedibus.**
Color subrubicundus.
Quò accedit alius alicuius signi priuatio:
5. **Assidua uulvæ lubricitas, cum sterilitate.**
6. **Corpus durum densum compactum, & musculosum, si tangas, quæ causa rara est.**
7. **Alijs cum periodis uenit, quàm mēstruorum, & cum humoribus corpus est repletum.**
8. **Vide in suis capitibus.**
9. **Partus præcessit magna cum hæmorrhagiâ ex laceratione, & sisti iamdum non possunt menses rupta aliqua uena.**
10. **Commemorare potest mulier laborans.**

MENSTRVORVM RE- TENTIO.

CAVSÆ.

Sanguinis in toto corpore paucitas.
Grossities & uiscositas oppilans.

Sanguinis ad alia loca diuerso, mammillas adeò, aut renes.

Stricritudo uenarum corporis, potissimum matricis.

S I G N A.

1. Si natura est, habitus uidetur siccus & extenuatus, cū citrinitate in bilioso, plumbeitate in melancholico.
Si acquisitione.
Antecessit labor fortis.
Ambulatio in locis calidis.
Fames, tristitia, usus ciborum siccorum, ut accidit rusticis mulieribus.
Acgritudo chronica.
2. Habitus squalidus phlegmaticus, cum mollicie & pinguedinis multitudine.
Antecessio ocij, & phlegmaticorum ciborum
3. Exuberantia lactis in mammillis, cum earum inflatione communi malo nutricum.
4. Malo ex generatione.
Apparebunt uenæ graciles subtiles.
Multitudo pinguedinis opprimentis.
Assiduus dolor hypochondriorum, propter oppilationem iccoris & lienis.
Sanguis exiens modicus est, & subtilis.
Aduentitio fit propter apostema matricis.
Phlegma grossum inducens coartationem.

RECTIFICATIO MATRICIS, ET
difficilis impregnationis.

C A V S A E.

- Tam uiri hoc uitio accidit, q̄ mulieris, interdū utriusq̄.
1. Mulieris. Est intemperata caliditas matricis, quæ menstruum

struum sanguinem, & iniectum semen adurit.

1. Frigiditas immodica, mortificans & congelans.
2. Exuberans humiditas qua debilitatur retentiva.
3. Extrema eius siccitas generationi materiam denegās.
4. Venarum in utero strictitudo & oppilatio, quæ foetus pabulum denegant, aut uulvæ strictitudo mentulā non intromittens.
5. Aegritudo matricis operationem eius impediens, sicut apostema, uel ulcus.
6. Modus indecens coeundi.
7. Indebitum à concubitu regimen.
8. Collis matricis & uulvæ amplitudo, quæ aërem immittat congelantem.
9. Hora non competens ad concubitum.

VIRI.

1. Seminis caliditas adurens.
 2. Frigiditas congelans.
 3. Siccitas diminuens.
 4. Humiditas dissoluens.
 5. Virgæ breuitas, uel curuitas non perducens semen ad locum appositum.
- Vtriusq; Intemperaturæ extremæ.
Aequalitas.

SIGNA.

Causarum muliebrium.

1. Habitus macer citrinus, cum multitudine pilorum nigrorum uel rub. circa fumen.
Mensium paucitas, cum nigredine & grossicie ipsorū.
Ardor uulvæ cum asperitate hora coitus.
2. Color albus, aut plumbeus in facie.
Subtilitas mensium.

Rubedinis eorum paucitas.

Paucitas etiam ipsorum.

Pilorum suminis paucitas, flauorum aut subalbidorum subtilium.

Quandoque inflatur matrix, & turget fumen ex uentositate frigida grossa conclusa intus.

3. Vuluæ lubricitas apud coitum omni tempore.

Mollicies corporis, mammillarum & coxarum in primis, cum pigritia ad opera facienda.

Grauida, abortit secundo uel tertio mense.

4. Habitudo macra.

Mensium paucitas.

Siccitas uuluæ assidua.

Præcesserit fames longa, labor, exercitium, morbus chronicus.

9. Innata. Habitus totus pinguis est & squalidus.

Quandoque adipis plurimum intus habet, foris macra.

Signis his: Venter immodice distenditur.

Anhelitus frequens est, cum uentositate.

Oppositum stabit, si à cōtentorum id multitudine est.

Acquisita. Phlegma uiscosum grossum oppilat.

6. Infra suis locis tradentur.

7. Mulier supra iacuerit, uir infra.

Muliere non incitata festinarit uir ad opus.

Altius mulier coxis, quàm capite iacuerit.

8. A coitu mox surgens, stans, uel saltans mulier eiecerit sperma, non quiescens quo diximus situ.

9. Non satis commissis foeminibus concubitum est.

Aliàs causa ultro manifesta fuerit.

10. Intercessit perbreuis temporis intercapedo.

Obstitit crapula, uel animi accidens aliquod.

Non obseruatum est uniuersale tempus, nempe à mensium purgatione.

Aut particulare, ut in ieiuno tempus, uel matutinum.

Virilium caus. Signa istis similia sunt.

Partim uero conspectui manifesta.

Vtriusq̄. Masculus ex alia suscitatur.

Fœmina ab alio concipitur.

IMPEDITIO IMPRAEGRATIONIS, ET ABORTVS OCCASIO. CAVSÆ.

Muliercula Impubere.

Debilitata.

Gracili.

Vel, uiro non proportionata.

Abortiet enim, uel partus tempore succumbet, aut una cum fœtu morietur.

MATVRATIO PARTVS, ET SE- cundarum eductio.

Residet fœtus in matrice cruribus attractis ad umbilicũ, & facie manibus suis uelata spheræ compressæ figura. Inuoluitur autem tribus panniculis.

Partu idoneo capite ad os matricis declinatur, pedibusq̄ tendit ad matris dorsum, ut capite supino ad exteriora propellatur. Alio quocunq̄ modo incommode æditur.

EXITVS MATRICIS, VEL VM- BILICI.

Descendit quandoq̄ uterus adeò, ut extra uuluum euidenter dependeat, præsertim à partu. Similiter autem & umbilicus, à matricis cauitate originem ducit.

Causæ quatuor sunt.

1. **Apostema** in matrice.

2. Partus difficilis, qui uulvam quādoq; idem facit cum ano lacerata uulua.
3. Mollificatio matricis & ligamentorum eius, ob frigidam & humidam intemperaturam.
4. Causa primitiua, ut casus uel percussio super dorsi uertebrae, aut fumen. Sicut accidere potest ex concubitu uiri, cuius uirilia grossa & longa oblaedunt.

S I G N A.

Visui sunt manifesta signa.

SIGNA CONCEPTIONIS,
ET SEXVS.

Imprægnationis, octo.

1. Vehemens uulvæ in uirga adhæsiō, & eius corrugatio in coitu gignitiuo.
2. Siccitas uulvæ maior debito, post talem concubitum.
3. A concubitu mulierem pigritia quædam & delassatio inuadit, ac declinatio ad somnum longiorem.
4. Os matricis cōniuet tantopere, ut uel stylum non trāsmittat, aut acum. Quæ signa quidē efficacissima sunt.
5. Post dies aliquot, proprie duos menses, uel circa, retinentur menses, & incipiunt mammillæ turgescere, & denigrari ipsarū papillæ, menstrua substant mox à principio quibusdam.
6. Post duos uel treis menses aduenit eis corruptus appetitus, & nausea.
7. Post menses hos fit scorb & pannus in facie, qui est coloris mutatio, sicut in sole, uel ad ignem uersati.
8. Urina subtilis, propter uiarum oppilationem est, alba & aquosa in frigidis mulieribus, potissimum in processu conceptus.

In summi-

In summitate eius nebula conspicitur.
 Liquor Iridis modo uersicolor est.
 Cui innatat ceu coton carminatum.
 Non turbatur si commoueas.
 Coloratur autem & turbatur tanto magis, quanto magis
 imprægnatio præcedit.
 Est, ubi in prægnantium urinis granula cernuntur, a-
 scendentia & descendētia, alba gracilia sicut atomi.

S I G N A F O E T V S

Masculi. Bonitas coloris in mulieris facie.

Neglectus concumbendi.

Ingrossatio mammæ dextræ.

Papillæ eiusdem rubificatio.

Sensio grauitatis in dextro latere.

Oculorum rubor.

Agilitas ad motum.

Hic potissimum, quanquam cuius conceptui hoc com-
 mune sit, ardor & pruritus titillofus accidit in uulua, ex fœ-
 tus caliditate, & uulvæ siccitate. Id quod imperiti desiderii-
 um uocant.

Fœminini. Pannus faciei plurimus.

Color pallidus uel plumbeus.

Appetitus ad coitum.

Amplior sinistræ mammillæ inflatio.

Denigratio papillæ eiusdem.

Multitudo desideriorum malorum.

Fastidium multum.

Grauitas in sinistris.

Fluxus sanguinis ex nare sinistra.

Oculorum liuiditas.

Remissio ad motum.

Geminorum signa complicata sunt, cum permixtione granorum.

MOLA, ET INFLATIO MATRICIS: CAUSAE.

Accidit aliquando post mensium retentionem plurimā, aut spermatis aggregationem, ut ventres mulieribus augeantur & intumescant haud aliter, quàm si grauidæ sint, ac sequantur aliæ itē imprægnatarū dispositiones. Cuius si causa

Humoralis est, Mola dicitur.

Si uentosa, Inflatio matricis.

S I G N A.

Ventris magnificatio est cum mollificatione mammillarum.

Post menses quatuor embrij motus non sentitur.

Sentit quasi lapidis motum de latere in latus.

Ventris grauitas recta est in summe magis, quàm ad latera

Quæ omnia contrario modo habent in grauidis.

Certiora his sunt.

Post menseis nouem non paritur, sed permanet ut est malum.

Aut si parit, carnis frustum diuersissimum editur post plurimum laborem, quæ moles informis est, ex uehemēti materialū coagulatione, quæ securi resistat.

Aut, parit sanguinis nigri grossi colluuiem.

Aut, uentositatum vim immensam.

Post hæc residet uenter & sanatur.

PRAEFOCATIO MATRICIS: CAUSAE.

Mensium

Mensium diuturna retentio.
 Diuturnior à concubitu abstinentia.

SIGNA.

Mulieribus sanguinosis, & multo spermate mulieribus usuuenit.

Sentit mulier quiddam eleuari à summe uentris usque ad os uentriculi,

Vnde, comprimitur diaphragma.

Prohibetur anhelitus.

Fit Syncope, qua cadit ceu mortua.

Tunc pulsus eius non sentitur,

Neque anhelitus, donec subtili coto naribus admotò exploramus.

Sanatur quandoq; post hunc laborem.

Præcessit mensium retentio, uel

Denegatus, aut desideratus saltem concubitus.

Adescentq; omnia signa Epilepsia, nisi spuma abesset.

Et subito malum ingrauesceret.

APOSTEMATATA, ET CANCER MATRICIS.

Causa apostematis,

Est antecedens uel primitiua.

Mensium retentio.

Antecedens, ut

Plethoria.

Percussio uel casus super

Primitiua. renes, uel fumen.

Partus difficilis.

SIGNA.

Febris continua acuta ualde.

Pulsus uelox spissus.

Anhelitus uelox spissus.

Vrina pauca rubea, uel citrina.

Nigredo linguæ.

Dolor capitis.

Alienatio, sicut in Phrenesi, quia matrix pluribus neruis cerebro alligata est.

Dolor est circa fumen alkatim.

Difficultas egestionis & urinæ.

Quanto calidior materia est, tanto signa erunt fortiora.

CANCRI CAUSA.

1. Consequitur apostema calidum induratum.
2. Frequentius fit per se incipiendo, ex congestione melancholiæ non naturalis adustæ, in quocumque membro.

SIGNA.

Incipit res nigra liuida dura, ueluti faba uel cicer, habens circa radices uenas nigras, uel liuidas circumquaque membro uehementer insertas, per quas melancholia adusta fluit ad locum, cum ardore pulsatione & pruritu.

Propter has uenas Cancer non curatur, nisi membri mutilatione.

VLCERA, ET RHAGADIAE MATRICIS.

CAUSAE.

Per se incipiendo, ex materia calida acuta corrosiua, ut cholera, phlegmate falso, aut humoribus adustis.

Consequendo ad apostemata in matrice.

SIGNA VLCERVM.

Ardor

Ardor in uulua cum pruritu, primo titilloso, post acuto pungitiuo.

Fortè nihil egreditur, & tunc uocantur Rhagadiæ & fissuræ.

Aut egreditur nigra, uel uiridis sanies, cœnosa, foetēs & dicitur ulcus.

Aut sanguis niger grossus, quæ matricis hæmorrhoides nominantur.

CVM fiunt per se incipiendo.

Apparebit priuatio signorum apostematis.

Consequendo.

Antecessit salubris solutio apostematis.

Distinguuntur autem ab ulcere in uesica sic.

Exeuntia uidentur separata ab urina, & dolor sentitur in profundo pectinis.

Minuitur color albus.

RAMEX, ET HERNIA DILATATIO SIPHAC. CAUSA.

Accidit præcipue pueris & humidis naturis ut Siphac dilatetur, aut rumpatur adeò, ac materiæ descendant in oscheon, & concitent intemperiem cum tumore & inflatione inguinum, & testiculorum, qui descensus fit per didymum.

Dilatatio hic nuncupatur hernia uel Ramex.

Rupto autem Siphac, ruptura dicitur.

SIGNA.

In Hernia non fit dolor quando res manibus sursum ducitur per didymum in uentrem, uel contrectatur.

Tumor non apparet, nisi circa burfam testiculorum.

Res reducta, supinato reddet etiam, si manibus comprimatur, facile cum rugitu.

In ruptura, dolor fit cum sursum res ducitur, uel contrahatur quomodolibet. (to.

Tumor apparet atq; inflatio circa inguina uel stante egro Resupinato agro elatis anchis, redu: sta res aut tota redibit, aut pars eius sine rugitu ferè, cum difficultate.

Vbi si Zirbus descendit.

Testiculorum tumor & inflatio mollior fiet ante reductionem, & dolor ac rugitus minor.

Si intestinum.

Tumor & inflatio fiet tangibilior & grossior, & in reductione dolor & rugitus maior.

Si humor.

Concipietur res, neque reducitur quantumcunq; comprimatur.

ARTICULARIS MORBUS.

Species habet

Coxendicem.

Podagram.

Chiragram.

CAUSA.

Fit ex humore superfluo, per uenas capillares currente & membrorum cauernositates, donec perueniat inter ossa iuncturæ, ubi substans molestat extensione ligamentum, & putredine corrumpit in apostema.

Humor is, licet ex omni quatuor humorum possit esse, potissimum est tamen crudus phlegmaticus & uiscosus, cui aliquid bilis, aut sanguinis acuti additum est, cuius adminiculo in loca profundatur.

SIGNA.

Humore calido. Loci rubedo.

Fortis

Fortis ad tactum caliditas.

Dolor grauior.

Tumor maior.

Vrina rubea, cum materia sanguinea est.

Frigido autem humore.

Rubedo modica, cum uergentia ad album.

Tumor & liuiditas fortificantur ex materia melancholica.

Duricies item maior est.

Et, urina subtilior.

Qui humores si fuerint compositi, pro cuiusq; excessu euariant signa quoq;.

Apostema hoc resolutione, uel lapidificatione terminat.

Quod saniatione autem non terminetur, facit

Materiae grossicies.

Membrorum eorum frigiditas.

Et, loci profunditas.

VARICES, ET ELEPHANTIA. CAUSA.

Ex grossa materia fiunt haec mala.

Ingrossatur autem materia per adustionē, qua causa particularis lepra perficitur.

Partim uero per congelationem, tametsi rarius id fiat.

S I G N A

Varicum.

In cruribus inter genu & talum uenae grossae & uirides apparent.

A calore. Calidae sunt ad tactum.

Colore nigro.

Vrina rubea grossa est.

Antecesserunt cibi calidi.

Labor.

Aetas consentit cum calore.

Temperamentum, & priora hæc duo cholericæ sunt,
uel melancholicæ.

Frigida materia contraria habet omnia signa.

ELEPHANTIAE.

Magnificatio cruris à genu infra, ut iuncturæ rigescat
sicut in elephante.

A caliditate. Sentitur calor ad tactum.

Color rubeus obscurus, cum asperitate cutis, & pustulis
nigris foetentibus

A frigiditate. Sentitur frigiditas.

Color subalbidus est cum leuitate cutis.

Inflatio non admodum dura.

Pustulæ non fiunt, sed uesicæ.

DOLORES DORSI, ET SPATVLARVM.

CAVSA.

Est antecedens, & primitiua.

1. **Antecedens.** Humor sanus extendens uenam cauam.
2. Humor calidus cholericus acutus, pungens neruos et musculos.
3. Humor frigidus ex phlegmate, uel melancholia, grauens & constringens neruos & ossa.
4. Dolor renum ex oppilatione, uel arenis.
1. **Primitiua.** Coitus superfluus.
2. Labor diuturnus stando, corpus incuruando, uel onera portando.
3. Aër frigidus congelans.
4. Casus uel percussio.

S I G N A

Causæ

Causæ internæ.

1. Dolor extensiuus propter sanguinem, cum pulsatione & caliditate ad tactum.
Vrina grossa.
Habitudo uiuida carnosâ.
Antecessio ocij, cum assiduatione cibi sanguinosi.
 2. Vrina citrina subtilis.
Dolor pungitiuus fortis, cū caliditate de loco ad locū.
Habitudo macra citrina.
Antecessio ciborum acutorum.
Frequens corporis ad solcm calidum expositio.
 3. Habitudo squalida, uel macra plumbea.
Vrina alba grossa uiscosa, uel subtilis radiosâ.
Dolor sensim aduenit, & perdurat longo tempore.
Sedatur autem post exercitium moderatum.
Antecessit fortasse nauseatiua satietas assidua.
Et potus uini plurimi, potissimum in ieiuno.
- In febrî phlegmatica solet accidere hoc, uel quartana : q̄a circa uertebras & spatulas multiplicatur humor frigidus.
Sentitur grauitas corporis constringens, cum horripilatione, sicut accidit ambulanti in niue.
4. De his actum est supra suo loco.

Causæ externæ signa.

1. Ad narrationem.
Vrina subcitrina subtilis, oleaginea in superficie.
Dolor circa renes.
Cauatio oculorum.
Habitus siccus cum colore foetido citrino.
2. Accidit onera portantibus, nauē trahētibz, athleticis.
3. Patent relatione.
4. Accidit post ambulationem in niue.
Post ablutionem in frigida.

METHODI COGNOSCEN-
GIBBOSITAS PECTORIS,
ET DORSI.
CAUSAE.

Ossium dorsi ac pectoris teneritas & mollicies, similiter & ligamentorū, quomodo in infantibus accidit, qui capitis molem ferre non possunt.

Ventositas grossa frigida, ligamenta uertebrarū diuidēs.

Apostema latitās in dorsi profundo, uel costarum, & magnitudine sua ligamenta propellit, maxime induratum.

Casus & percussio super locum.

SIGNA.

1. Infantibus accidit potissimum, & pueris.
Est sine febris & calore, nisi dolor ea concitet.
2. Post dolorem accidit dorso, & pectori.
Vrina lactea alba grossa est.

Quo certius accedent phlegmatica hæc:

Actas.

Complexio.

Anni tempus.

3. Signa hæc non sunt obscura.

Apostematis calidi.

(fo.

4. Febris cōtinua acuta, cū dolore assiduo in pectore, & dorso
Febris sedata etiam, dolor remanet, ac dorsum & pectus incipiunt eleuari.

Febris.

Dolor.

Rubor acutiora.

Frigidi.

Febris.

Dolor.

Rubor minutiora sunt

Tumor

Tumor &
Grauitas auctiora.
Vrina fiet rubea grossa

LABORES SPONTANEI. CAVSAE.

Fiunt ex humoribus superfluis, currentibus per musculos & neruos superficiei, caliditate pungentes, frigiditate subito complexionem mutantés, quantitate soluentes continuum.

SIGNA.

Caliditatis materiae eiusmodi.

Calor ad tactum, cum rubore.

Dolor pungens, de loco ad locum mobilis.

Frigiditatis.

Vrina alba grossa lactea.

Dolor grauius fixus, uel parum mobilis, cum praeparatione ruboris, & caloris circa locum.

Stupor aliquando, & formicatio.

Habitus squalidus.

Aetas.

Temperamentum.

Tempus phlegmatica, faciunt huc peculiariter.

Antecesserit nauseatina satietas diuturna, & assidua cum indigestione.

Potus plurimus, à cibo statim.

Apostematis propria signa.

Pulsus à principio statim uelox, frequēs, & spissus est.
Sequitur febris.

Tumor aliquis fortassis apparet.

Vrina rubea, uel ualde citrina.

Quæ labores, nisi dolor sit maximus, non sequuntur.

· Communia signa ad causam utramq; sunt,
Intermissio solitorum.

Exercitij.

Purgationis.

Phlebotomiæ.

Balnei.

Mensium.

Hæmorrhoidum.

Alui lenis.

Sanguinis narium.

Sudoris.

EX LIBRO



EX LIBRO SE

CVNDO.

GENERALIA QVAEDAM DE.
FEBRI.



FEBRIS, Calor est innaturalis primo accensus in corde, productus inde per uenas & arterias, mediante spiritu & sanguine, in totum corpus, sensibilibiter nocens operationi eius naturali.

Innaturalis hic calor cōtrarius naturali est tripliciter.

1. Forma & essentia: Quoniā naturalis calor, est calor mixti secundum quod mixtum.

Febrilis, Elementi calor est secundum quod elementum. nanc; est calor naturalis in igneum permutatus.

2. Fine & opere, sic: Calor naturalis operationes in nobis omnes perficit, & corpus custodit.

Febrilis calor destruit & corrumpit.

3. Efficēte ac motu. Nam calor naturalis mouetur à circumferentia ad centrum per uiam unionis: Calor autem hic à centro ad circumferentiam per uiam segregationis mixti in simplicia elementa.

DIVISIO FEBRIS.

Omne accidens diuiditur penes suam materiam subiectā per quam diffinitur in abstracto & concreto.

Subiectum autem febris concretum, est corpus humanū

uiuens. Id constat membris, spiritu & humoribus.

Primo, membra corpus constituunt.

. Duo alia in esse uiuo, & operatione conseruant.

Species tres.

Secundum hanc corporis diuisionem, fiunt differentia februm tres.

1. Hectica. Si calefactum esse in membris, & eorum humiditatibus secundis est: Calefieri autem in spiritibus & humoribus primis, Hectica febris constituitur.
2. Ephemera. Si calefactum esse in spiritibus, & calefieri in membris & humoribus est, Ephemera, id est Diaria febris nominatur.
3. Humoralis. Cum calefactum esse in humoribus est, membris autem & spiritibus calefaciendis, dicitur, fitq; humoralis, ferè putrida febris.

Quæ res apertior fiet per similitudines hoc modo:

Calidus lebes infusam aquam, & aërem continentem calefaciens, hecticae similis est.

Feruens aqua in frigidum ahenū infusa, & ahenū ipsum, & aërem uicinum, humoralis febris modo calefacit.

Lebetem uero, & aquam frigidam calidus aër calefacit. Idq; simile habet cum febre Ephemera.

CAUSAE.

Ephemera, & hectica fiunt plærung; à causa primitiua?

Hinc febres factæ nominantur, quoniam post ipsarū impressionem, à causa non amplius dependent. Vnde & causæ primitiuae uel nulla, uel modica intentio reperitur in curando.

Putrida, febris fiens à medicis nominatur, quoniam esse eius dependet à sua causa. Fit autem plærung; à causa antecedente, & coniuncta.

Quare

Quare medicatio præcipua reperitur in causa. Galenus
8, Method.

Febris ergo facta, sola alteratione curatur.

Fientes febres duabus intentionibus, scilicet alteratione
perfecta, postquam euacuaris.

SIGNA.

Pulsu febris, potissimum putrida, maximopere cognoscitur. Nam unus hic, super dispositione cordis præco est certissimus Galeno.

Caliditas corporis totius apud tactum solito maior, sine causa manifesta.

Pulsus maior, fortior, uelocior, spissior.

Anhelitus item.

Actio in omnibus naturæ operibus læsa.

In uirtute naturali, impeditur

Appetitus.

Digestio.

Deiectio.

Vrinæ missio.

DE FEBRI EPHEMERA.

Febris hæc spirituum accensione, ut traditum est, constat.

Spiritus autem sunt, Vitalis.

Naturalis.

Animalis.

Et, solo sine, complexionisq; modo differunt, nihil etiam forma essentiali, efficiente, aut materia. Nam omnis spiritus essentia sua, corpus est mixtum, clarum, subtile, calidum, uergens in similitudinem supercælestium corporum.

Species & causæ.

A vitali spiritu quatuor fiunt huius febris species.

1. Propter iram inflammantem.
2. Tristitiam constringentem.
3. Aërem calidum perurentem.
4. Aërem frigidum oppilantem.

A spiritu naturali, quinque.

1. Propter famem, uel sitim inflammantem.
2. Cibum, potum inflammantem.
3. Nauseatiam fatietatem opprimentem.
4. Ventris fluxum, uel astrictionem superfluam.
5. Negligentiam exercitiij consueti.

Balnei.

Phlebotomiæ.

Sudoris.

Et cuiuscunq; alius, quod uenarum ora in
tus, uel foris oppilet.

Ab animali, sex.

1. Propter solitudinem angustantem.
2. Vigilias perduranteis.
3. Excedentem somnum.
4. Catarrhum calidum adurentem.
Aut, frigidum constringentem.
5. Aërem calidum qui cerebrum colliquat, uel frigidum
qui constringit.
6. Exercitium uel laborem fatigantem.

S I G N A

Com Pulsus non ita uelocior, aut frequentior naturali.

mu- Anhelitus item.

nia. Diastole maior systole est, quoniam euacuandi feruo-
rem

rem necessitas urget, nulla caprinofum fumum expellendi necessitate.

Vrina non amittit digestionis signum à principio, neque tingitur uehementer.

Tactui corpus calidum occurfat à principio mox ut manū pūgat, sed remittit si manū diutius adhibeas.

Lingua non sicca admodū est, nō aspera, aut magna. Sitim extinguit eius aër frigidus magis, quàm aqua.

Circumstantia ex post apparentibus.

In principio febris non accidit horror, uel paucus.

Neq; in declinatione sudor omnino, uel paucus, roridus subtilis.

Signa propria cuiusq; narrabit infirmus: aut causæ primitiuæ antecessio.

FEBRIS HECTICA. CAUSAE.

Fit per se incipiendo, uel consequendo morbos alios.

Per se incipiendo, ab

Ira assidua,

Labore.

Fame,

Concubitu.

Cor & membra inflammantibus & exiccantibus.

Consequendo morbos.

Vniuersaleis plarunq;. Omnis nanq; febris putrida perdurans in hecticam transit: præcipue in corpore cholericò, uel melancholicò.

Particulareis, cum accidit post debilitatem quinq; membrorum principalium in primis,

Cordis.

Pulmonis.

Hepatis.
Stomachi.
Renum.

Cum in aliquo eorum calida intemperies perdurauit.
Oferuatis etiam intestinis & uenis mesaraicis, nam stomacho & icori hæc alligantur.

Species siue gradus tres.

Primus incipiens dicitur: atq; est, cum secunda humiditas membrorum (quæ ros nominatur) membris undiq; circumfusa consumitur, perinde ac cum lucerna oleum circum natans depascit.

Eaq; species difficillime cognoscitur, curatur facile.

Secundus gradus procedens dicitur, estq; cum secunda humiditas, id est Cambiū, imbibita membris consumitur, quē admodum si lucerna consumat oleum in ellychnio imbibitum. Quæ species cognoscitur facile.

Tertia species, id est perficiens, fit cum humiditas tertia, quæ gluten dicitur, nam conglutinat membrorum substantiam, consumitur. Sic habet & cum lucerna, quando conflauit ellychnij humiditatem radicalem. Manifeste cognoscitur hæc species: non etiam curatur. Nam

Fluens humiditas restaurari potest, radicalis non.

SIGNA QVINQVE.

Communia.

1. Caliditas infixæ corpori, ut ægrotus non sentiat omnino, aut parū admodū. Medicus autē admota manu lentū primo calorē percipit (nisi febris putrida cōplicet) qua diutius immorata, caloris augmentū sentit quasi acū puncturā. quæ res in Ephemera, & putrida febre contrario modo habet.
2. Febris hæc nullos habet paroxysmos, sed fixa est, & perpetuo æqualis, nisi quod à cibi assumptione duabus horis, fortificetur.

tortificetur. Tunc enim ebullit calor ex aduentu nutrimentalis humiditatis super mēbra. Quomodo fit, cum aqua spargitur super calcem uiuam.

3. Pulsus spissus, uelox, durus, debilis, subtilis, longus ex caliditate & siccitate arteriarum & cordis, cum debilitate uirtis. hinc, filum humidum brachio circumdatum, in arterijs primo siccatur. Illitū unguento corpus, citius siccatur apud thoracem.

4. Vrīna est ueluti hominis sani, saltem in principio. Cū uero processerit, fit impense citrina, & superne oleaginea. Maxime producto malo, fit urina aquosa cum unctuositate plurima, propter caloris innati extinctionem, & humiditatum radicalium membrorum ac spermaticorum consumptionē.

5. Corpus indies extenuatur sine causa manifesta, & uigiliae superfluunt cum prostratione appetitus, & assiduo desiderio aërem frigidum attrahendi.

Specierum propria signa.

1. Si prædicta signa fuerint omnia recentia, atq; remissa, prima species est.

2. Quæ si fortiora & facilius apparentia sint, ita ut urina sit oleaginea, & uentris adeps ac musculorum minuatur, oculiq; cauentur, secunda est species.

3. Iisdem ultimatis ut facies sit tornatilis, & caro musculorum omnino consumpta, donec ossa & nerui incipiant apparere præter solitum, & cutis sit tensa uelut corium ad ignem torrefactum, quæ cum extenditur corrugetur tarde rursus: uox gracilescat, & uenæ appareant uacuae, tertia erit species, propinqua mortis nuncia.

HECTICA SENE- CTVTIS.

Frigida & sicca est intemperies, dominans super cor &

corpus uniuersum in modum senectutis naturalis.

Neque febris est, attamen propter extenuationem membrorum hecticæ feбри subiungitur.

CAVSÆ.

Fit raro per se incipiendo.

Consequendo morbos alios, plærunq̃.

Per se incipiendo, fit propter cordis frigiditatem naturalem, & iecoris siccitatem.

Consequendo, fit propter

Diurnam stomachi, intestinorum, & uenarum mesaraicarum debilitatem.

Quando super ea dominatur humiditas cruda extranea, ex indigestione & crapula perdurante, ut accidit

Pueris,

Adultis, &

Senibus habentibus naturaliter, uel ex tempore uirtutem stomachi defectam.

SIGNA.

Communia.

Habitudo macra perdurans assidue.

Cum colore fædo, &

Debilitatione uirtutis quæ die manifesta, præter solitum.

Est quandoq̃ cum appetitu.

Quandoq̃ cum prostratione appetitus. Potissimū cū stomachi frigiditas, & uirtutis eius debilitas cū humoris multitudine ultimantur.

Distinctiua.

Per se incipientis, sunt

Narratio patientis super uentriculi debilitate.

Ante-

Antecessio diuturnarum egritudinum digestionis, uel priuationis eius, Qualis incommoditas est ex
 Febri quotidiana, &
 Febri quartana.

DE FEBRI PVTRIDA, GENERALITER.

Causæ sunt tres.

Primitiua.

Antecedens, &

Coniuncta.

Primitiua, est causa extrinseca, sicut:
 Aestus solis.

Carentia soliti Exercitiij.
 Balnei.
 Euacuationis.

Antecessio diuturnæ crapulæ, potissimum ex rebus facile putrescentibus, ut lacte, fructibus, piscibus, & oleribus.

Motus inordinatus super cibum.

Assumptio uini plurimi post cibum.

Assumptio confectionum calidarum & fumosarum, à cibo.

Antecedens, Interna causa est mediata, ut humor superfluous aptus putrescere.

Coniuncta, Interna causa est immediata, ueluti humor, uel cibus in corpore superfluous, iam putrescens.

Hæ causæ apud Galenum habent hoc modo.

1. Ex cibus & potibus superfluis, fit in corpore repletio,
2. Quæ cutis poros, & ora uenarum capillarium opilat.

3. Oppilatio autem transpirationem, & euentationem caloris naturalis prohibet.
4. Unde calor humoris naturalis, regi à natura non potens, ebullit, eleuatq; fumos caprinosos à centro ad circumferentiam (sicut fit in stercoribus, & alijs quæ putrescunt) qui ad cor peruecti corporaliter, inflamman ipsum, mox, per uenas & arterias in uniuersum corpus procedentes, inducunt febrim putridã.

Species febris putridæ.

Sed febres putridæ differunt secundum materiam, formã afflictionis, & qualitatem materiæ, modumq; cursus eius in pugna contra naturam.

1. Materiæ debetur humor simplex, aut compositus.

Sanguis.

Simplex, ut Cholera.

Phlegma.

Melancholia.

Compositus ex his, unde febres compositæ sunt magis uariæ quàm ut scribi possint.

1. Ex forma afflictionis febris cõtinua est, uel intermittens.
 Continua, cuius materia in uenis uel arterijs continetur, & semper affligit.
 Interpolata, cuius materia extra uenas est, & certis periodis fluit ad mineram putredinis, idcirco quietem interponit.

3. Qualitas materiæ sic habet:
 Acuta & calida febrim acutam generat.
 Frigida grossa diuturnam.
 Mediocris, tropicam, uel conuersiuam.

Com Pulsus uelocior, & frequentior, in quo systole maior
mu- est quàm diastole.

nia. Anhelitus inordinatus.

Urina rubea confusa.

Calor mordax, acutus, uaporosus.

Linguae ad alienos sapores permutatio, sine causa ma-
 nifesta.

Sitis.

Fastidium.

Anxietas multa.

Lassitudo membrorum totius corporis.

Vigiliae insolitae.

Dolor capitis, &

Pulsatio.

Fœtor exeuntium maior, quàm pro consuetudine.

Horror.

Rigor.

Signa, uirtutis supra causam morbi dominium significat
 in salutem: uel causae in uirtutem dominium, incommode.

Ac trahuntur omnia ab actione laesa, qualitate mutata, &
 exeuntibus mutatis. Haec duo sunt accidentalìa, illa substan-
 tialiter inhærentia.

SVBSTANTIAL. id est, ab actione laesa, septem
 quidem à uirtute animali oblæsa bona signa trahuntur, se-
 ptem uero mala.

Bona. 1. Constantia tam internorum sensuum, quàm ex-
 ternorum.

2. Somnus naturalis, & consuetus.

3. Decubitus in latere, non dorso.

4. Mobilitas & leuitas totius corporis.

5. Absentia saporum alienorum.

6. Capitis fortitudo.

7. Fortitudo uirtutis expulsiuæ cerebri, in omnibus suis emunctorijs.

Quibus inuersis, mala septem signa inuenies.

A uirtutis uitalis actione læsa, quatuor salutaria, & pernicioſa totidem signa expectantur

- Salu-
taria. 1. Pulsus magnus fortis, ordinatus, cum spiffitudine moderata, & Diastole maiore, quàm Systole.
2. Anhelitus ordinatus facilis, nullis ſuſpirijs, asthma, aut orthopnoæ intersectus.
3. Cordis in motu ſuo tranquillitas, ita ut neq; saltet neq; tremat, neq; cadat.
4. Pulmonis & cannæ facilitas, quæ nec tuſſi, nec exiccatione aliqua infeſtetur.

Ex quibus tute contraria signa inuenies.

Virtutis uitalis offenſæ, signa bona ſunt ſeptem.

1. Appetitus bonitas.
2. Paucitas ſitis.
3. Inflationis, rugitus, & anguſtiæ circa uentriculū paucitas, & reliquum uentrem.
4. Hypochondriorū à dolore & grauatione libertas.
5. Idonea ſuperfluitatum primæ & ſecundæ digeſtionis expulſio.
6. Titillatio uirgæ & teſticulorum ad coitum.
7. Muſculi totius ſuperficii immunes ſunt à mala ſenſatione.

A qualitate mutata tripliciter signa trahuntur: ex colore, calore uel frigore, & habitudine.

A calore duo bona & mala totidem habentur.

- Bona. 1. Color faciei debitus, & ſolitus.
2. Ictericæ abſentia.

Mala.

Mala signa ultro sese offerunt.

A calore & frigore item.

1. Calor sit æqualis super corpus uniuersum, non frigeant extrema, interna exæstuent.
2. Rigor & tremor ante digestionem materiæ non superueniant, idq; diebus Criticis, quos nunciæ dies præostenderit, potissimum in febribus citis.

Hinc quis ignorare mala potest?

Ab habitudine corporis, quatuor obseruant signa.

Bona. 1. Facies pro sano probet.

2. Totum corpus molle sit & tractabile, non uenter inanitus, aut crura derigentia.

3. Testes in uiris, in mulieribus mammillæ arefactæ non sint, sed constant sibi.

4. Iuncturæ & articuli flexiles sint item, & leues.

Contraria his, mala sunt.

Ab exeuntibus mutatis sumuntur septem.

Sudor.

Vrina.

Sputum.

Egestio.

Menstrua.

Hæmorrhagia narium.

Vomitus.

Verum hic de sudore & urina solum agetur, cætera suis locis sunt absoluta.

Bona sudoris signa tene.

Si uenerit in die Critica.

Post signa digestionis.

Neq; ardens fuerit, neq; frigidus.

Non præsubtilis, aut uiscosus.

Neq; modo appareat, modo lateat.
 Aut aliqua corporis parte sit solum.
 Non solito, aut æquo fœtidior.
 Copiosus, assiduus, æqualis per totum.

Urina laudatur, quæ in primis tribus diebus mox incipiat digesta apparere, augeaturq; bonitas hæc indies cum uirtutis constantia.

Dicitur autem digesta,

1. Ex substantia inter grossum & subtile temperata.
 2. Ex colore citrino uel rubeo.
 3. Quantitate materiae uel diætæ proporcionata.
 4. Ex contentis:
 - Nebula pendente in superficie, quæ inchoatam digestionem significat.
 - Nube natante in medio, quæ digestionis perfectionem significat.
 - Hypostasi alba, leni, æquali ex fundo pyramidaliter ascēdēte, quæ uere digestiōis cōplemētū significat.
- Plæraq; alia de urina, uideris in ipsius autoris libro.

S I G N A.

Quatuor temporum particularium, aut Paroxyfmi dupliciter cognoscuntur.

1. Calore corporis.
2. Pulsu.

In principio Paroxyfmi.

Corpus ægotantis, brachia, pedes, manus frigida undequaq; aut minus calida tactu percipiuntur, uent er autē, pectusq; satis calida. Idem significat diminuta caliditas in ambitu totius corporis.

Ex pulsu idem principium sic cognoscitur.

Pulsus,

Pulsus profundatur, & fit Paruus,
Debilis,
Spiffus.

In quo Systole, & quies post ipsam maior est, quàm diastole. Quia maior est necessitas expellendi fumos putridos, quàm euentandi calorem naturalem oppressum.

In augmento, & declinatione.

Corpus est æqualiter calidum per totum.

Pulsus augetur magis ac magis, sed Systole contrario modo.

Quæ si auctiora sint, Statui debentur: Status enim ab augmento non differt nisi modo gradatiuo.

In declinatione.

Manus & pedes trunco sunt corporis calidiores: tunc enim calor putridus motu proprio agitur à medio, ad circumferentiam omniquaque.

Pulsus fit ualde manifestus, & dilatatur arteria, tum & diastole fit systole ipsa maior, similiter & eius quies.

Nec obscurum est, systoles magnificationem in pulsu statim à principio febris, morbi breuitatem significare. Quæ ad modum facit & subita digestionis in urina apparitio.

Signa quatuor temporum uniuersalium tam februm quàm aliorum morborum salubrium.

Tempora hæc cognoscuntur quatuor modis:

1. Digestione materiæ.
 2. Difficultate, uel gradibus accidentium.
 3. Numero dierum.
 4. Ratione paroxysmorum.
1. Principiū dicitur, quādo manifeste digestionis signa nondum apparent. Id quod uere principium nominatur.

Augmentum est, quando manifestæ digestionis signa uidentur.

Status, quando perfectæ aut manifestæ digestionis signa apparent, sicut urina citrina, rufa, uel subrufa cum substantia temperata, & sedimento albo, leni, æquali, pyramidalis, apparens sic usq; in diem criticam.

Declinatio uocatur, quando bonæ & laudabilis euacuationis signa conspiciuntur, cum remissione caloris febrilis, & reditione urinæ ad modum naturalem. Digestionis signa in defectione sunt, urina, sputo & sudore.

2. Principium est, cum accidentia primum apparent, ut Dolor capitis, sitis, uigilia, &c.

Augmentum cum ista augentur.

Status, quando in summo malitiæ sunt accidentia.

Declinatio, cum remittunt: præmissa sensibili & sufficienti euacuatione, per sudorem, uomitum, defectionem, urinam, sanguinis profluuium, aut abscessum Criticum.

3. Principium, cum ægrotus primum sentit insolitas atque indebitas sui corporis alterationes. Vel dicemus principium, spacium trium dierum.

Augmentum, cum febris

Perperacuta ad diem secundum processerit.

Peracuta, ad tertium.

Acuta simpliciter, ad septimum.

Tropica, ad quartumdecimum.

Chronica, ad uigesimum diem, uel circa.

Status intelligimus, cum febrim critica sua dies iam excepit, uel proxime præcedens.

Declinationem, cum Crisin fidam & completam fecerit febris.

4. Principium est, cum recens incepto malo paroxyfmi æqualiter eueniunt.

Cum ijdem anticipant, Augmentum.

Cum

Cum exacerbationes æqualiter eueniunt, apparentibus signis perfectæ digestionis, & accidentia malignantur, Statum obserua.

Si postponuntur exacerbationes, & euacuatio sensibilis copiose præcessit, Declinatio est.

Vnde, si Paroxyismi statim à principio ægritudinis anticipant, atq; accurrantur, morbi significant breuitatem.

Si retardantur, aut stant æqualiter non præcedēte aliqua sensibili euacuatione copiosa, materiæ grossitudinē, & morbi longitudinem portendunt. Cum quibus si uirtus defecta fuerit, & appetitus prostratus, mortem expectabis.

Ob id, in Tertianâ pura,
Primus Paroxyismus est principium.
Secundus uel tertius Augmentum.
Quartus uel quintus Status.
Sextus uel septimus Declinatio.

DE FEBRI SANGVINEA.

Febris interpolata fieri ex sanguine haud potest.

Species, & causæ.

Duarum est specierum, aut enim sanguis peccat in quantum, aut in quali.

Illud Synocham facit inflatiuam, ubi sanguis præter naturam calidus febrim inducit.

Hoc, Synochum: quia cum à natura non regitur, putrescit & febrim efficit.

Vtrumlibet habet species treis.

Επαυμασικόν. quæ quàm primum incipit acuitur assidue, plus enim in eo putrefactionis reperitur, quàm resolutionis.

παραυμασικόν. Indies hæc mitigatur magis, quòd plus hæ

beat resolutionis, quàm putrefactionis.

ἔνμασικόν, κίσιον ὁμότιμον. quæ species æqualiter semper affligit, quasi sit semper in statu.

SIGNA.

Non accidit corporibus macris, uel frigidis natura, regimine, uel ætate.

Phlegmaticis, & Cholericis fit per accidens, sicut ocij antecessionem, quietis, somni plurimi, ciborum euchymorū, ut, uini, & carniū laudabilium.

Quò facit pororum densitas in corpore musculofo, denso & compacto, duræ carnis ad tactum: Cum scilicet post Euchyma illa intermittuntur exercitia, balnea consueta, aut phlebotomiæ.

Huc facit quoq; pororum oppilatio ex balneis Stypticis, uel unguentis prohibentibus perspirationem.

Vrina rubea grossa.

Facies rubet cum dispositione præfocatiua, & inflatione maxillarum.

Rerum uariarum imaginatio est.

Pulsus magnus, latus, longus, fortis, uelox atq; spissus.

Dolor capitis fortis, grauis pulsatiuus.

Cum assidua uigiliarum instantia.

Siti intensa.

Et saluæ dulcedine, sine causa manifesta.

Plurima grauitas totius corporis, ita ut anhelitus fiat grauis sicut præfocati.

Caliditas uehemēs sicut in Causo, sed cum humiditate.

DISTINCTIVA SVNT QVARTOR GENERVM.

In Synocha inflatiua uidetur urina rubea, clara, grossa nō confusa.

In Synocho autem, putredo fœtida, confusa propter humoris ebullitionem.

2. In Synocha pulsus sentitur ordinatus, & æqualis.

In Synocho, diuersus, inordinatus, quoniã in hoc uirtus magis defatigatur.

In illa diastole maior est, quàm Systole, & anhelitus itē.

In hoc Systole quàm diastole maior, & anhelitus minor.

3. In Synocha, uaporosus calor in corpore sentitur, si tangas, & luauis.

In Synocho mordax, durus, acutus propter fumos putridos caprinosos.

4. Synocha non habet periodos diurnas, quoniã est febris non proporcionata ad materiam.

Synochus uero exacerbat de tertio in tertiũ, quoniã sanguis putrefactus, cholerae naturam assumit.

5. Addi quintum potest.

Synocham plærunque calidam incipere sine tremore, & rigore.

Synochum cum rigore, ut alias putridas, quod accidit propter uapores putridos, dispersos super musculos in ambitu corporis.

FEBRIS CHOLERICA INTERPOLATA.

CAUSA.

Stomacho.

Fit ex bile rubea putrescente in Intestinis.

Alibi extra uenas.

Ebullit autem cholera tertio quoque die, quia una qualitate tantum est, quæ ad putredinem faciat.

SPECIES.

Habet tertianam puram, tertianam notham.

Pura, est quæ ex cholera rubea constat, cui ex alijs humoribus nihil admixtum est.

Non pura, uel notha, cum aliquid phlegmatis, uel melancholici simul adest.

SIGNA.

Tertianæ puræ.

Paroxysmus incipit cum rigore simili puncturæ acus.

Frigus non uehemens, neque diuturnum, & quo dentes non concutiuntur.

Pulsus non ita paruus.

Sub augmentum paroxysmi, quo febris hæc festinat.

Inflammatiō festinat.

Pulsus magnificatur, & fit uelox, spissus, non ita diuersus, sed fortis inordinatus.

Anhelitus itidem.

Apud statum uehemens caliditas fit.

Sitis.

Angustia.

Quandoque alienatio, & soda pulsatiua fortis.

Tactu sentitur siccus & mordax calor.

Tempus augmenti & Status excedit ualde principij tempus. Frigus enim hic transiens est, & calor perdurans.

In declinatione paroxysmi.

Eleuatur sudor plurimus, subtilis, uniuersalis toti corpori.

Fit quandoque uomitus rei liquidæ subtilis, citrinæ, aut uiridis amaræ.

Egestio item.

Pulsus minuitur, & rarefit, ac magnifit Systole.

Calor euaporat à centro ad corporis extrema. Atque sic terminatur paroxysmus.

Affligit

Affligit apud meridiem.

Afflictione horarum octo, uel duodecim.

Urina subtilis est uehementer citrina.

Lingua nigra adusta.

Os amarum sine causa manifesta.

Certiora facient omnia, habitudo, ætas, anni tempus,
regimen antecedens, cholericæ, & caloris febrilis in
corpore multiplicatio.

Signa Tertianæ nothæ.

Refectio & obscuritas omnium accidentium prædicto-
rum, cum elongatione paroxyfmi. Potiffimum circa febris
principium.

FEBRIS CHOLERICA CONTINVA, ET CAVSOS.

CAVSA.

Ex bile rubea intra uenas & arterias putrefcente genera-
tur, & uafa concluda.

SPECIES.

Duorum est modorum. Nam bilis putrefcit in uenis quæ
à corde longius absunt, & nuncupatur Tertiana continua,
febris absolute acuta.

Aut in cordi propinquis, ut, quæ sunt in pectore, pulmo-
ne, iecore, liene, aut ore uentriculi, tumq; Causos dicitur: fe-
bris peracuta, uel perperacuta.

Arbitrantur autem magni Medici, utramlibet fieri posse
à phlegmate falso puro, uel cholera admixta. Fit enim fal-
sum phlegma per adustionem, uel cholerae rubeae multae ad-
mixturem.

SIGNA.

Ter. Con. Sunt omnia signa Tertianæ interpolatæ , cui est proportionalis, nisi deessent

Horror.

Rigor.

Sudor, præterquam cum fit Crisis.

Et sunt omnia alia signa hic uehementiora, calor, alienatio, sitis, uigiliæ, linguæ nigredo.

Causi. Eadem sunt cum prioribus si consistant in ultimo uehementiæ.

Pulsus uelox, diuersus, inordinatus.

Anhelitus itidem.

Vrina subtilis citrina uehementer. Aut rufa, uel liuida radosa.

Distinguuntur à Synocha.

Synocha nullo die excrescit periodice, neq; enim proportionatur alicui febrî putridæ.

Febris Cholericæ increbescit de tertio in tertium.

Et absunt hæc sanguinæ febris signa,

Rubedo faciei multa.

Repletio extensiuæ plurima, cum assidua suffocandi dispositione.

PHLEGMATICA INTERPOLATA.

CAUSA.

Fit ex phlegmate putrescente extra uenas, ut, in stomacho, intestinis, membrorum spongiositatibus.

Quod & quotidie afficiat, utriq; tum phlegmatis qualitati debetur ad putredinem accommodatæ.

SPECIES.

Pura est, uel non pura.

Pura, cum fit ex puro phlegmate nihil aliorum humorum

rum admixto: uel alienæ qualitatis ut est in dulci, uitreo, & acido phlegmate.

Nō pura, quæ fit ex phlegmate cui uitellinæ bilis, aut melancholiæ nonnihil additum est, uel falsi phlegmatis.

S I G N A.

In principio puræ quotidianæ.

Paroxysmus incipit cū horripilatione ueri frigoris in dorso, & extremitatibus membrorum, nullo tremore ceu acuum punctura.

Sola uero grauitas sentitur extrema constringens.

Frigus hoc durat longum tempus.

Pulsus fit paruus, uelox, spissus, mollis, diuersus, inordinatus.

In Augmento. Cessat caliditas tantopere, ut sæpe nulla sit omnino.

Maxime, cum phlegma uitreum est grossum.

In Statu non magnifit pulsus admodum.

Tempus etiam principij longius multo est.

Status tempore, & Augmenti, nam frigiditas hic perdurat, & calor transit.

In Declinatione non aduenit sudor, aut

Paruus tantum uiscosus, adhærens.

Potissimum circa principium ægritudinis.

Diastole magnificatur cum sua quiete.

Systole & eius quies minuitur.

Calor expanditur ad manus & pedes.

Phlegma uomitur.

Os humet.

Appetitus prostermitur.

Sitis fit pauca.

Urina est principio alba, grossa, spumosa.

In Augmento, rufa, uel subcitrina grossa.

In Statu, rubea, clara, subtilis, cum hypostasi alba, leni, & quali plurima.

In declinatione. Minuitur hypostasis in urina, & præces-
sit euacuatio plurima per sudorem, uomitum, deiectionem
phlegmaticam.

Spacium Paroxyfmi 15. ferè horarum est, quietis spacium
horarum sex.

Hinc plerunq; accidit ad occasum solis, & in sequenti me-
ridie uix resolutæ sunt omnino reliquæ.

Neq; resoluitur fermè, donec alijs aduenit paroxyfmus.

Accidit pueris & mulieribus, & alijs naturis pituitosis ut
plurimum.

S I G N A.

Quotidianæ non puræ, sunt refractio prædictorum, cum
discensione

Ad caliditatem.

Sitim uehementem.

Abbreuiationem Paroxyfmi, saltè in principio uni-
uersali.

FEBRIS PHLEGMATICA CONTI- nua, quæ Latica dicitur.

C A V S A.

Phlegma, & humores crudj frigidi, putrescentes intra ue-
nas, superiori proportionabilis est.

S I G N A.

Ad prioris hæc signa,

Horror periodicus hic nullus est, ut nec in alia ulla fe-
bri continua.

Hinc & eu similitudo quædam norripilationis in corpo-
re est, ex diminuta calefactione.

Nisi fortaſſe apud Criſin, ſudor deeſt.

Ante Criſin habet ferme uomitum,

Et deiectionem phlegmatica: & poſt Criſin.

Hecticæ febrī ſimilis eſt, maxime ſi prolongetur. Differt tamen.

Pulſu.

Vrina.

Forma exacerbationis.

Quæ ſuo loco tradita ſunt.

In hac febrī pulſus eſt mollis, latus, paruus.

Vrina in principio groſſa alba.

Poſt augmentum ruſa, uel liuida.

Exacerbatio ſit maxime uerſus noctem, ſiue cibus ſit aſſumptus, ſiue minus.

Cutis inſuper mollis eſt, & laxa, non tenſa, uel arida.

Quandoq; febris hæc complicatur cum hectica, difficulter & cognoscitur, & perſanatur.

FEBRIS EPIALOS, LIPARIA,

& horror abſq; febrī.

In Epialo partes internæ frigent, externæ æſtuant.

In Liparia calent interna, externa horrent.

In horrore affectus ſentitur cum grauitate quadã quæ membra conſtringit, quod cutis horreat, & pori coartentur donec pili uideantur rigere.

CAUSAE.

Epiali. Calor putridus debilis à principio, liquidas ſolummodo materiæ parteis accendit, quæ fumantes ad extrema uehementer ea calefaciunt, groſſis interim partibus uiſcera inſfrigidantibus.

Lipiaræ. Phlegma groſſum, quod dum putreſcit ſit ceu carbo ignitus in uiſceribus, à quo dum fumi putridi eleuan-

tur ad corporis extrema, circumquaq; musculos grauāt sua quantitate. Deinde cum in loco steterit, & calor putredinalis debiliter infertus exhalarit, qualitate sua infrigidant, sicut apparet in uaporibus aquæ ebullientis.

Quo facit plurimum caloris naturalis oppressio, & reuocatio eius ad interiora corporis. Quoniam ex his infrigidantur exteriora, spiritu & calore dispoliata.

FEBRIS MELANCHOLICA INTERPOLATA. CAUSA.

Causatur à melancholia in aliquo corporis loco extra uenas putrescente, ut, stomacho, intestinis, cavitare lienis, aut ossium medulla.

SPECIES.

Vera dicitur, cum humor qui eam efficit, melancholia naturalis & simplex est, & uel parum, uel nihil aliorum humorum habet commixtum. Tum, quæ neq; per aduersionem, neque per congelationem plurimam amiserit suam naturam. Eaq; est in massa sanguinea, ceu fex quæ in uino est, aut olei amurca.

Non uera, fit ex melancholia non naturali per aduersionem & congelationem uehementer ingrossata: uel per admixtionem humorum ualde grossorum, ut sunt phlegma gypsicum, aut uitreum in intestinis frigidis generatum.

SIGNA.

Quartanæ ueræ.

Paroxysmus incipit cum horrore difficili.

Tremor totius corporis hunc sequitur.

Et dentium concussio, maxime post tres uel quatuor paroxysmos.

In principio ceu acuum pūctura nulla sentitur, sed deias-
fatio, & frigus incredibile.

Pulsus est minor multo, q̄ in aliarum febrīū paroxyfmo-
rum principijs, ut uel solo pulsu cognosci possit hæc febris.

In augmento Paroxyfmi.

Caliditas sit uehemens. Tam aded, ut in Statu nō dif-
ferat multū à calore Synochæ, Tertianæ, uel Causi.

Siccitas eius est sicut Tertianæ siccitas.

Vrina in principio aquosa, maxime si adest oppilatio.

Postea fit rufa grossa, cum materia digeritur, & calor
infigitur.

Fit quandoq; nigra, uel rubea obscura.

Febris redit quarto quoq; die inclusiue, proprie circa
horam diei octauam.

Non ueræ.

Signa essent eadem,

Nisi periodos esset de quinto in quintum.

Aut de sexto in sextum: uel tardius propter frigidita-
tem, uel grossitiem materiæ.

FEBRIS MELANCHOLICA

continua.

CAUSA.

Fit ex humore melancholico in uenis putrescente, rarissi-
mo affectu aded, hinc numeri & naturæ febris dicereur po-
tius.

S I G N A.

Habet eadem cum superiori, præterquā quòd tremor &
horror accidūt hic nulli, ut nec in ulla aliā feb. cōtinua. Exa-
gerbatur quarto quoq; die ut superior, alijs diebus tepescit.

DE FEBRIBVS COMPOSITIS, COM- MIXTIS, ET ERRATICIS.

A a 2

CAVSÆ.

Inordinati & confusi humores, præsertim rubea cholera, & phlegma, confusas has febres inducunt. Difficillimū est autem cognitu, ex quibus humoribus constet hic cōpositio.

Species sunt,

Compositæ.

Commixtæ.

Erraticæ.

1. Compositas nominamus, cum duo uel tres humores simplices distinctis locis putrescunt simul uno tempore, uel propinquo, qui uel eodem, uel uicino tempore duas uel tres febres efficiunt: ut, si

Tertiana continua cum phlegmatica continua complicitur.

Febris sanguinea cum phlegmatica.

Aut quomodolibet continua cum interpolata, aut interpolata cum continua.

Hoc genus insignes species sunt, hemitritæus uerus, & non uerus.

Verus, componitur ex tertiana continua, & phlegmatica interpolata.

Non uerus ex phlegmatica continua, & tertiana interpolata.

2. Commixtas, cum febris una, & eadem ex phlegmate & melancholia, aut aliās diuersorum humorum generibus simul in putredinis minera copulatis generatur. Cuius generis sunt,

Tertiana Notha.

Quotidiana, aut

Quartana nō puræ, siue cōtinuæ sint, siue interpolatæ.

3. Erraticas autem, cum febris ex unico fit humore, sed diuersarum.

diuerfarum partium.

Sicut, cum febris fit ex

Phlegmate grosso, & subtili.

Melancholia grossa & subtili.

Cholera pura & uitellina.

Vbi si contingat partem subtilem prius putrescere, q̄
grossam, procedet eius paroxysmus postponendo.

Si grossam prius, anticipando procedet.

Neq̄ enim necesse est, ut pars subtilior semper putrescat
prius, quoniam abijci potest grossior pars à naturæ regimine
prior.

Potest etiam calor naturalis minus in ea contemperatus,
quare facilius euaporat.

S I G N A.

1. Compositarum duarum tertianarum periodo hic non
creditur, sed proprijs accidentibus, quòd enim phlegma-
tica febris modo quotidie afficit, est quia posterior acce-
dit Paroxysmus, cum prior tertiana finitur.

2. Nonnunquam duæ interpolatæ simul accidunt, alte-
ra phlegmatica, altera cholericæ.

Quæ Paroxysmum uno die faciunt tardum in calefacien-
do, & perdurantem admodum.

Altero die uehementis calefactionis, cum siti & alienatio-
ne plurima. Cum itaque sic affectus est, noueris haud esse
simplicem febrim.

3. Accidit interdum simul continua una, & altera inter-
polata, ut uisum est in hemitritæis. Hic uideris nulla hora
febrim deficere, nec corpus in frigidari, exacerbationibus
tamè periodice accidētibus, certo argumento duas esse fe-
bres in corpore, unam continuam, alteram interpolatam.
Itaq̄, si febris continua fuerit arsiua ualde, cum siti, & oris
amaritudine, Interpolata uero leuior, cum interpositione:

paroxysmorum, reditione quotidiana proprie apud occasum solis, scias esse uerum hemitritæum.

Si contrario modo se res habet, nō uerus hemitritæus est. Attamen ne cadat sub cognitionem duarum februm interpolatarum compositarum.

DE PAROXYSMIS HARVM

februm sic habe.

Paroxysmi harum februm tribus modis componuntur, concomitando, subintrando, & alternando.

Concomitantes dicuntur, quicum incipit paroxysmus unus, incipit simul & alius, uel nō multo post. Ita ut fiat manifesta additio in frigore, rigore, & horrore.

Subintrantes, ubi cum unus desinit paroxysmus, alter statim incipit, uel non multo post.

Subalternantes, quando inter paroxysmos cadit manifesta quies media.

Quod autem dictum est de paroxysmis februm interpolatarum, intelligitur etiam de exacerbationibus, seu supercrescentiis februm continuarum proporcionatarū ad illas.

Febres concomitantes difficiles cognitu sunt.

Subintrantes faciles.

Subalternantes medio modo se habent.

Mixtarum sunt signa.

Tertianæ,

Quotidianæ,

Quartanæ, non purarum.

Erraticarum periodi turbato ordine procedunt.

Nunc anteriorando.

Nunc posterizando.

At ne erres, quoniam si fuerit istud secundum originem digestionis,

digestionis, non significabit febrim erraticam: Omnis namque febris interpolata cum peruenerit ad

Augmentum, anticipat paroxysmis.

Declinationem postuertit.

Principium &

Augmentum accidunt una hora.

FEBRIS PESTILENTIALIS.

CAUSA.

Aëre corrupto ex

Influentia cœlesti,

Ætuentibus stagnis,

Aut insepulta strage, generatur hoc malum. hinc namque corrumpitur humiditas quæ in corde & eius capsula est, cum aër anhelitu attrahitur, & febrim hanc inducit, quæ inter continuas acutas habetur, terminandas circa quartumdecimū diem, uel prius.

SIGNA.

Est quietæ caliditatis si foris tangas, intus interim perturbantis, & difficilis, maxime circa pectus ubi putredinis suæ minera est.

Lingua nigra est & adusta.

Pulsus spissus, paruus, debilis: In quo Systole maior est, quàm Diastole, & fortificatur apud noctem.

Anhelitus item.

Ætuet anhelitus horribiliter.

Vrina, & egestio ætuent quoq; grauiter.

Tristitia.

Vomitus.

Sitis.

Vrina digestior est quàm ut differat à sano.

Interdum rubea grossa est cum liuiditate, feбри maligna uehementer.

Appetitus tam nullus est, ut pereat inedia, si cibū non inurgeas.

Vigiliæ multiplicantur.

Inquietudo maxima est.

Dolet os uentriculi.

Tussis sicca est.

Spasmus neruoforum membrorū. Quamobrem Syncope, & sæpius extrema debilitate corripitur.

Cum itaq; febrim hecticam uideris cum nausea frequenti, & signis omnibus uel pluribus iam dictis, scias febrim esse pestilentialem.

Si publice grassatur Epidemia, certius omnia constant. Manifestius autem, si hæc pestis signa in aëre sint, & terra.

Caliditas plurima cum turbulentia nubium.

Multitudo pluuiarum.

Subita aëris alteratio, & frequens.

Multiplicatio uermium,

Serpentum.

Variolarum & morbillorum in pueris.

Flatus assiduus austri.

VARIOLAE, ET MORBILLI.

CAUSA.

Generantur ex partibus menstruorum malignis, quæ ex utero retentæ sunt in porositatibus membrorum foetus.

Hinc plæruncq; infantibus, & pueris accidunt ante pubertatem, quo tempore uirtus naturalis roborata uitium omnino expellit.

Sunt autem pustulæ plurimæ minutæ, quæ in febrī acuta
ex

ex materia plurima calida , super cutim totius corporis disperguntur.

Materia hæc duplex est.

Sanguinea, ex qua uariolæ fiunt.

Cholerica adusta, unde fiunt morbilli.

Accidunt autem & adultis corporibus, proprie post Criseis diminutas febrium acutarum. Ita ut

Variolæ febreis de sanguine,

Morbilli febreis de bile consequantur.

S I G N A .

Com Apud initium generationis earum , fit febris cōtinua
mu- acuta caloris uehementis.

nia. Dolor fortis super dorsum.

Pruritus in naso.

Timor in somno sine causa manifesta.

Morbillorum.

In horum generatione accidentia communia sunt fortiora.

Caliditas & angustia cum dolore capitis.

Faciei rubor.

Vigiliæ ultimæ.

Deinde post tres uel quatuor dies, exeunt à toto corpore pustulæ duræ rubæ minutæ , quæ nullum habent aut paruum tuberculum.

Variolarum.

Fiunt accidentia benigniora.

Deinde post tres uel quatuor dies apparent in toto corpore, similiter & in albis oculorum pustulæ latæ, molles, & subalbidae, quæ maturatæ saniantur, & agunt tubercula.

CRISIS.

Est uehemens & subitus motus morbi contra naturā, uel econtra, in quo natura subito aut uincit, aut uincitur in toto, uel in parte. Quo fit ut alterum ipsorum è corpore mox expellatur sensibiliter, partim uel totaliter.

Sensibilis autē hæc & subita expulsio, fieri tripliciter potest, ut & Crisis fieri tripliciter possit.

1. In qua ægrotus mutatur subito ad salutem, uel interitum quod accidit in febribus uere acutis, ubi materia uel uirtus tota simul è corpore expellitur.
2. Qua patiēs mutatur ad melius, uel deterius subito, post tendit paulatim ad salutem, uel interitum.
3. Cum tendit ægrotus pederentim primo ad melius, uel deterius, postea subito mutatur. nā per singulos paroxysmos diminitur materia, post expellitur uniuersa.

Nec enim Crisis est, cum à principio usq; ad finem ægrotus sensim ad salutem, uel interitū tendit, sed resolutio, quæ accidit febribus quæ sine Crisi terminantur.

Expellitur autem Crisi materia.

1. Ex corpore, quod Crisis euacuationis nominatur.
2. Ad membrum debilius, quæ Crisis permutationis appellatur.

Utralibet habet suos quosdam modos.

Sudorem.

Vrinam.

Fluxum uentris.

Euacuationis Crisis, 7.

Vomitum

Hæmorrhoidarium.

Fluxus mensium.

Fluxus hæmorrhoidum.

Crisis permutationis apostema Criticum habet, erupens
Post

Post aures.

In inguinibus.

Sub axillis.

Signa Crifis euacuationis.

Cum Turbatio fenfuum & rationis plus folito. Cum

mu- Dolore capitis.

nia. Scotomia.

Anguftia, cum inquietudine iacendi in lecto,

Instantia uigiliarum.

Somnus profundus.

Dolores fortes in uifceribus.

Alteratio anhelitus.

Vehementia fitis & caloris.

Rigor fortis accidit quibusdam.

Hora Paroxyfmi folito magis anticipat.

Quæ fi in die apparēt, Crifin futuram elfe in nocte, osten-
dunt, & econtra.

Et faciūt huc quàm plurimum, fi eft uere acuta febris.

Et dies expectata, Critica, quam fua nuncia cum fignis et
euacuationibus Criticis perfectis, uel diminutis præceffit.

Et digeftio perfecta, uel cruditas ultimata in urina.

Signa propria Crifis futuræ
per sudorem:

1 Cum prædictis,

Pulfus mollis undofus,

Caliditas cutis rorida uaporofa.

Aeger fenfit circa fuperficiem ceu acuum puncturā.

Retinetur ftercus & urina uehementer.

2 Per urinam, cum fignis communibus.

Grauitas & commotio circa femur & pectinem.

Aegrotus uenas habet largas natura.

Consuevit Crisin facere per urinam.

3 Per fluxum uentris.

Prædicta sunt signa, & insuper

Grauitas & commotio circa uentrem, & umbilicum.

Ventositatum plurima egressio.

Per uomitum. Habet adhuc

Animi subuersionem.

Nauseam.

Tremorem labij inferioris.

Multitudinem sputi & saliuæ.

Singultus rem uerius declarabit.

f Per fluxum sanguinis narium.

Insuper fluxus lachrymarum inuoluntarius.

Rubor faciei, &

Oculorum.

Imaginatio rerum rubearum ante oculos.

Turbatio uisus.

Nasi uehemens pruritus.

Anhelitus constrictio.

Temporum pulsatio.

Venarum quæ in fronte sunt inflatio.

6 Per fluxū mensiū, & hæmorrhoidū in consuetis. Ad hoc,

7 Pruritus in ano cum tumore, & inflatione uenarum
ibidem.

Agitatio circa fumen uentris.

Ardor circa uuluam.

Dolor circa alkatim.

Certius erit si corpus consuetum sit hac Crisi.

Vrina nigra,

Aut, cum sedimine nigro.

Signa Crisis permutationis.

Cum

Cum communibus,
Sensatio grauitatis plurimæ post aures, in coxis, aut sub
alis.

Febris fuit phlegmatica, uel cholericæ non pura.

Vrina alba grossa lactea, uel subtilis aquosa.

Virtus non ita fortis, quare materiam non expulit perfecte, sed deriuauit ad membrum debile.

Febresq; decernunt plæruncq; per regionem suæ materiæ congruentem.

AN PER CRISIN FEBRIS TERMINANDA SIT.

Terminationis ægritudinum materialium modi sunt duo, scilicet

1. Crisis, qua subito morbus terminatur.

2. Resolutio, qua sensim terminatur.

Ad cognoscendum ergo qui materiales morbi per Crisim terminaturi sint, refert scire quod conditiones quatuor pertineant ad ueram Crisim.

1. Vehemens sit pugna uirtutis contra naturam, & econtra.

2. Hæc pugna fiat subito.

3. In ea tota materia, uirtus tota, aut maxima pars eius extra corpus expellatur.

4. Expulsio autem hæc sensibilis sit & manifesta.

Quæ cum simul incidunt omnia, faciunt ægrum necessario properare ad mortem subitam, uel salutem. Id quod uere Crisis nominatur.

Quorum si aliqua accidunt, aliqua non, Crisis longa dici potest.

(onem.

Resolutio, est ubi eius nihil accidit apud morbi terminati

Cæterum pugna hæc fit in morbis qui uirtutem molestant, certatur enim à uirtute atq; materia morbi, molestâtq; uel per essentiam, Vt, febres.

Vel, per dignitatem læsæ actionis apud Paroxysmum,
quo pertinent

Apoplexia.

Epilepsia.

Tetanos.

Angina.

Datur ergo, ueram Crisim fieri non posse nisi in feбри.

Resolutionem itidem quæ Crisi contraria est.

Nam febris solummodo morbus est qui totum corpus occupat, & uirtutem essentialiter molestat.

Acutis autem febribus, Crisis uera congruit.

Acutæ febrī 14. die. ut, Tertianæ.

Peracutæ 7. Continuæ potissimum.

Perperacutæ 4. Synochæ utriq̃.

Chronicis debetur resolutio, Crisi contraria.

Tropicis, Crisis non uera.

Neq̃ decernitur post uigesimum diem.

Non uera Crisis in feбри phlegmatica, præsertim continua, accidit: sed non post quadragesimum diem.

Resolutio locum habet in feбри quartana, quintana, & sextana, proprie cum ultra 40. diem perdurauerint.

Significatio quatuor temporum uniuersalium
& in qua ipsarum debeat febrienti
fieri Crisis.

Quælibet febris, potissimum salubris humoralis, quatuor habet tempora, quibus eius alteratio secundū materiā & uirtutem sensibiliter uacuatur. Quæ studiosissime cognoscet Medicus, quia per ea cibus, Medicina, similiter & actus pronosticus quàm plurimum uariantur. Deq̃ his actum est copiose, in generalibus de feбри putrida.

Quo tempore debeat fieri Crisis, tam salubris, quàm lethalis.

Summè

Summè bonitatis & certitudinis Crifis, fit folummodo in Statu, quæ Crifium ueluti regula quædam eft.

Poteft enim alioqui & in Augmento fieri.

Siquidem fi uirtus admodum fortis eft, & materia calida subtilis & benigna, plena & completa digestio non expectabitur, fed fiet Crifis fida & perfecta in ipfo Augmento, proprie circa finem eius, quippe uirtus expellet crudum cum digefto.

Virtute autem debili, & materia plurima groffa, uifcofa, frigida, non dabuntur induciæ ufque ad horam Status, fed in Augmento uirtutem materia obtundet, & Crifin faciet mortalem.

Si uirtus & materia hic fuerint æqualis fortitudinis fecundum potentiam & quantitatem, non contendent nifi completa digefione, uel cruditate ultimata, & Crifin facient ifto modo falutarem, hoc lethalem.

Atqui Galenus cenfuit, neminem subito poffe ab ægritudine liberari fine Crifi.

Quòd autem Crifis fieri in principio non poffit, inde eft: Critica pugna non accidit inter duos plane debiles. neq; inter debilem & fortem, fed tantum inter fortes. Cum igitur uirtus ftatim à principio debilis eft, refoluetur fine Crifi.

Ad Crifin etiam conferet non mediocriter Medici opera, influxusq; aſtrorum apud diem Criticam bonam, uel malam.

DE COGNITIONE DIERUM Criticorum.

Syderum auxilio infurgit uirtus naturalis contra morbum & cauſam eius, horum nanq; influxu, lumine, coordinatione, omnis inferior motus gubernatur, teſtibus Hippocrate, Ariſtotele, & Galeno.

Hinc ſcire operæpretiū eft, quibus diebus corpora cœleſtia

benignam aut malignam ægrotantibus corporibus uirtutē insinuent, expeditam uel salutarem, uel aduersam Crisin.

Duo sunt autem astra quorum Medicus influxum obseruat, nempe Sol & Luna.

Sol, cuius motus per Zodiacum annuus est, regit morbos chronicos, id est diuturnos.

Luna motu suo mēstruo acutis, id est, citæ terminationis morbis præest.

At, quoniam astrorum motus tempore mensurantur,

Dies.

Hebdomada.

Temporis species sunt. Medietas hebdomadæ, quæ nominatur quarta.

Mensis.

Computatio sumpta à priori.

Qua in re Medici & Astronomi dissident hoc pacto.

DIES.

Astronomorum, qui naturalis dicitur) habet 24. horas naturales completas.

Medicorum 20. horas naturales, mediam, & 14. partem horæ.

HEBDOMADA.

Astronomorū ex 7. diebus naturalibus cōpletis cōstat.

Medicorum. 6. diebus naturalibus, horis 18. & dimidia.

MEDIETAS HEBDOMADAE.

Astronomorum. 3. diebus constat naturalib. & horis 12.

Medicorum. 3. diebus naturalibus. 8. horis & dimidia, ac quarta unius horæ.

MENSIS.

Astronomorū. 4. hebdomadis, id est dieb. naturalib. 28.

Medicorum. 4. hebdomadis suorum dierum constat, qui dies sunt naturales 26. & horæ 22.

Medici

Medici quoque hebdomadam quadram uocauerunt, quoniam Luna singulis hebdomadis quartam Zodiaci partem peragrat.

Iidem medietates hebdomadarum quaternos appellaerunt, quoniam in omni hebdomada fit media dies quarta.

Periodum ita uocauerunt trium hebdomadarum unionem. Quia per singulas tres hebdomadas copulatas, dierum & hebdomadarum medicinalium perficitur computatio per integra & diminuta.

Sumpta à posteriori.

Mensis Astronomorum duplex est, scilicet Solaris & Lunarís.

SOLARIS, est spacium temporis, quo sol unum ex signis Zodiacis motu proprio percurrit, & continet 30. dies naturales, 10. horas & dimidiam.

Quod tempus si diuidas per quatuor, fient hebdomadæ solares.

Hebdomadam per septem diuides, & dies fient solares.

LUNARIS mensis triplex est.

1. Primus Coniunctionis dicitur, & est spacium quo Luna soli coniuncta recedit ab ipso, & pertransit totum Zodiacum, & amplius adhuc donec soli rursus coniungat. Is continet dies 19. naturales, & 12. horas.

2. Peragationis dicitur mensis, & est spacium temporis, quo Luna mouetur sub Zodiaco ab eodem puncto, ad idem redeundo. Et habet 27. dies naturales, atque horas 8. Deficit igitur à superiori duobus naturalibus diebus, & quatuor horis, quo mensis ille indiguit, ut luna solem inueniret.

3. Apparitionis. Quod spacium temporis est, quo inferius hinc nobis luna illuminata apparet. Id quod accidit,

cum à sole post coniunctionem recedit. Vocatur autem adultio.

Et continet 26. dies naturales, & horas duodecim, deficitq; à mense coniunctionis tribus diebus naturalibus, quibus luna non apparet illuminata: tot enim diebus sub adultione stat.

Medicus obseruat peragrations & apparitionis menses, coniunctionis non item, quia motu & lumine suo exercent astra uim suam in corpora inferiora.

Hos menses si coniunxeris, naturales dies constituēt 53. & horas 20. quibus mediatis, supradictum medicinalē mensem inuenies, cum suis hebdomadis, & diebus.

COMPUTATIO TEMPORVM

Medicinalium.

Prima hebdomada computatur diuisim à secunda, ita ut dies octauus initium sit secundæ hebdomadæ.

Secunda uero hebdomada coniunctim computatur cum tertiâ, ita ut dies quartusdecimus naturalis totus sumptus, finis sit secundæ hebdomadæ, & principium tertiæ.

Sic prima periodos quæ constat tribus hebdomadis medicinalibus, completur uiginti diebus naturalibus, & horis duodecim, ut ait Hippocrates libro tertio Pronosticorum.

Cuius hæc causa est.

Medicus duodecim horas naturales, aut plures pro die in tegro recipit, pauciores autem abiicit omnino propter paucitatem, sicut fit in computationibus Astronomorū, ut quodammodo per integra sua computatio procedat.

Cum igitur septimus dies primæ hebdomadæ medicinalis, sit spacium 12. horarum, & dimidiæ, postquam sex præcedentes fecerimus integros atq; naturales, Sequitur quod horæ eæ pro die septimo computentur completæ.

Sed

ed cum dies septimus secundæ hebdomadæ (qui dies est decimusquartus) sit tantum undecim horarum postquã dies omnes fecerimus integros ac naturales, oportuit diem hunc bis numerari, & uocari diem septimum secundæ hebdomadæ, & primum terciæ. Quod enim post huiusmodi reduplicationem in secunda hebdomada defecit, recuperatur in tertia, & econuerso.

Et, quomodo computatum est in prima periodo, quæ in die 10. naturali terminatur inclusiue, sic fit & in secunda periodo, quæ incipit in die 21. naturali, & in die 40. naturali terminatur. Itidem fit in tertia periodo. Postquam non computantur dies, neque hebdomadæ, neque periodi, sed menses & anni, qui terminus est ægritudinum maxime chronicarum, quæ cursum solis assequuntur, & non per Crisin sed resolutionem terminantur.

COMPUTATIO DIERVM

Criticorum.

Ex omnibus hisce iam prædictis, computare discimus dies Criticos.

Hoc scilicet exemplo.

In prima periodo, si morbus in die quartodecimo uel infra terminabitur, omnes eius dies per dies fractos & medicinales computabimus.

DIES

1. Ut, si morbus inceperit die solis hora secunda.
2. Dicemus secundum diem hora prima diei Lunæ incipere, & paulo prius, quod tamen propter paruitatem suam æstimatione non eget.
3. Dies tertia, incipiet die Martis hora 24. diei præcedentis. Quæque die naturali una hora naturali anticipando. Quare cum peruentum est ad decimumquartum diem, ipsum

incipiemus decimaquarta hora ante decimumquartum diē naturalem.

Hinc scire potes, quare fida & completa Crisis plærungꝫ fiat tredecimo die naturali; Similiter & die 21. naturali. Accedit enim, quòd dies Critici medicinales desinunt & incipiūt in diebus 17s.

Si morbus terminabitur post quartumdecimum diē, ut pote 17. aut 20. tunc non per dies medicinales, sed integros computabis, quoniam reduplicatio diē quartidecimitotum errorem adæquabit. quod nisi fieret, tres hebdomadæ medicinales in 19. diebus complerentur, inuito Hippocrate 3. Pronosticorum.

Itidem distinguendum est in secunda, & tertia periodis, semper in earum principijs modum cōputationis renouando ex prima illa.

DE TEMPORVM MEDICINALIUM VIRTUTE.

Refert autem scire quis Criticus dies sit in bonum, quis malo sit. Quis nunciū & indicatiuus dies salutaris sit, quis minus. Similiter in qua hebdomada, in quaꝫ periodo augeatur eorum, in qua deficiat.

Galeno igitur, 3. de Criticis Criticus.
diebus, dies omnis uel est Indicatiuus.
Intercidens.

Criticus autem,

Alius est Radicalis.

Alius Accommodatus.

Alius Intercidens.

1. Radicales Critici dicuntur, in quibus sit Crisis plærungꝫ salutaris. Propterea quòd dies sint quadrarū, in quibus Luna forti mutatiōe luminis & motus inferiora respicit.

Hoc

7. 14. 20. In prima periodo uniuersali.

Hoc genus 27. 40. In secunda.

sunt 44. 47. 54. 60. Quod attinet ad tertiam
periodon.

Postea uero sunt menses medicinales, usque ad tres uel
quatuor.

Deinde solares, ut patet in chiragra & podagra: quæ recti
re corporibus quibusdam solent, ac terminari periodicè ad
tempus Autumni & Veris.

2. Critici Accommodati dicuntur in quibus Crisis fit ex
uirtute hebdomadarū, quare sunt medietates. Qui sunt,
Quartus.

11. 17. In prima periodo.

24. 31. 37. In secunda.

44. 51. 57. Ex tertia periodo uniuersali.

A quibus sunt medietates mensium & annorum.

3. Intercidentes Critici sunt quidam, quia in ipsis fit sæpe
Crisis ad bonum, sæpe ad malum sicut in radicalibus.
Veruntamen ex influxu corporum id non accidit, sed ex
impetu morbi, aut uirtutis.

Sunt autem 3. 5. 9.

Vnde scire potes, in secunda & tertio periodo uniuersali
eiusmodi dies non esse, quandoquidem solæ febres perper-
acutæ, peracutæ, uel acutæ sunt impetuosi motus, quæ ne-
cessario sub prima periodo finiuntur.

Dies Indicatiui alij sunt, ut superiores,

Radicales.

Accommodati.

Intercidentes.

1. Radicales nominantur, quia potens & uera est eorū
Indicatio, cum dies sint Indicatiui in quadris, id est, Se-
ptimanis. ut

4. qui semper indicat super 14.

17. qui indicat super 20.

Sunt autem, uniuersaliter, huiusmodi, omnes quos Criticos accommodatos nominauimus in 2. & 3. periodo uniuersali.

Quoniam sicut dies quadræ est radicalis in Criticando, ita dies quaternorū est dies radicalis in indicādo super proxime futuram quadram.

2. Indicatiui per accommodationē, dicuntur: quia quem admodum Criticatio propria quadrarum accommodatur diebus quaternorum, ut modo dictum est, ita uirtus indicatiua propria quaternorū, accommodatur diebus quadrarum. Cuiusmodi sunt, dies

7. qui indicat super 17.

20. qui indicat super 24.

Similiter est iudicandum de secunda, & tertia periodo uniuersali.

3. Intercidentes Indicatiui nominantur, in quibus est uirtus Indicatiua, sed non fortis, quemadmodum nec uirtus decernendi, huc pertinent dies

3. Indicans super quinto.

5. Indicans super nono.

Tales in secunda & tertia periodo nulli sunt, ut neq; Critici intercidentes. Quod fit propter tarditatem motus ægritudinum durantium ultra primam periodum.

Neq; mirum est quod uirtus Indicatiua, & Crisis certior existat, atq; fortior in prima periodo uniuersali, & hebdomada, quàm in secunda, uel tertia, quoniam in ea concurrunt ad decernendum & Indicandum,

Virtus ægroti,

Furor materiæ,

Et simul aspectus Lunæ.

In alijs periodis Lunæ tantum aspectus agit. hinc liquet, Septimum diem esse fortiozem 14. in decernendo: Et quartumdecimum uigesimo fortiozem. Hinc dies quartus indicat fortius super 7. quam 11. super 14. hic autē fortius, quam 17. super 20.

3. Dies intercidentes absolute nuncupantur omnes, qui neq; Critici sunt quouis modo, neq; Indicatiui.

In quos si Crisis, aut Indicatio incidit, periculosa est & mortalis, quoniam pugna in eis non fit ex corporum cœlestium aspectu, neq; uirtutis contra materiam morbi instinctu, sed ex impetu materiæ super uirtutem. Cum Symptomatiçæ pugnæ motus sit, non naturalis. Huiusmodi sunt,

2. 6. 8. 10. 12. 16. 18.

Quantum ad primam periodon uniuersalem.

Quod & intelligendum est de diebus proportionalibus, in secunda & tertia periodo uniuersali, ut, 22. 26. &c.

Quo spectat quod Galenus diem septimum principi comparat, sextum crudeli tyranno.

Vt uero supra dies alius bonitate alium excellit, ita malitia hic alius alium. Quamobrem sunt

Pessimis, 6. 8. 12.

Mali, 16. 18.

Medij, 13. 19.

Namq; hi bonitatis quippiam à propinquis Criticis assumunt, radicalibus puta, quapropter in ipsis Crisis accidit ad salutem.

Dies,

PRAECOGNITIO Regionis, Crisis.

& Fortunæ,

Perfectus atq; expertus Medicus est, qui Crisis antequam adsit regionem, & qualitatem præscierit.

Quam ad rem facient decem hæ cautelæ, ex Galeni 3. lib. de Crisi.

1. Febrim cognorit uehemens ne sit, & quæ per Crisim terminetur.

2. Qualitatem eius consideret, an suis accidentibus sæua sit, an minus.

3. Horas quatuor tam uniuersales, quàm particulares febrim perfecte cognoscat, non solum quando sunt præsentis, sed & cum sunt adhuc futuræ. Ne dubitetur quidem an Status ægritudinis sit propinquus, an longinquus. Quoniam penes Statum omnis Crisis iudicatur.

4. Modum febris consideret, an febris sit peracuta, perperacuta, an reuersua.

5. Dies tam Criticos, quàm Indicatos, similiter & eorum bonitate & malitia potentiam haud ignoret.

6. Crisim cognoscat secundum essentiam & qualitatem. quod est, quia Crisis est laudabilis, uel illaudabilis.

Laudabilis cum in die Critico sit, quem nuncia sua dies præcessit. Fitq; post signa digestionis completæ, cum purgatione sensibili & sufficienti extra corpus, humorum autem ægritudinem facientium, non aliorum. Per regimen, naturæ ac morbo congruens, cum accidentibus non extreme fortibus.

Illaudabilis est Crisis, in qua prædictorum aliquod desideratur.

Perniciosa, cui uel omnia desunt, uel mutata sunt in contrarium.

7. Agnoscat uirtutis tenorē, num sufficiens ille uideat.

8. Aegroti corporis habitudinem secundum rarum & densum, naturale temperamentum, ætatem, & consuetudinem modis omnibus assequatur.

9. Exteriora non negliget, qualia sunt regio, & tempus anni, & eiusmodi.

Signa

10. Signa omnia tam bona quàm mala circa ægrotum in febrì cognoscat, unà cum ipsorum numero & uirtute.

Quibus Auicenna adiecit, Aegritudinis cursum esse unice obseruandum, per pares sit, an impares.

Omnis nanq; febris de bile, uel sanguine putrescente per impares mouetur. Quippe, exacerbatur primo die, in secundo mitigatur. In tertio rursus exacerbatur, & mitigatur in quarto, uariaturq; sic deinceps usq; ad perfectã declinationẽ

Omnis autem febris de phlegmate, melancholia, uel sanguine non putrescente, mouetur per dies pares. Cum incipiat moderate die primo, & fortificetur in secundo. In tertio rursus mitigetur, & acuat in quarto.

Ex quo sciri potest, omnem febrim acutam moueri per impares, chronicam per pares, excepta Synocha, quæ sui cuiusdam iuris est.

Febres compositæ motu prædominantis materiæ mouentur, hinc uerus hemitritæus per impares, non uerus per pares mouetur.

QVÆ CAVTIO.

Eò spectat, quòd Crisis non sit nisi in die Paroxyfmi, Gale. 3. de Crisi. Quare uolentem diem Crisis præcognoscere, oportet diem Paroxyfmi neuiquam ignorare.

Quomodo præcognosci possit.

1. Qua die sit futura Crisis.
2. Qua eius hora sit terminanda, & ad mortem an salutem.
3. Per quam corporis regionem sit futura.

COGNITIO DIEI.

Quatuor habet in hoc Galenus theoremata 3. de Crisi.

1. Cum in febrì acuta ualde, primo die signa perfectæ dige-

tionis apparent in urina, cum uirtutis constantia, & omnibus signis salubrib. fiet procul dubio salubris. Crisis in die tertia, quarta, uel ad summum quinto. Potissimum, si Medicus & ægrotus in regimine cibi, & medicinæ non errarint, & uehementer calida sint morbi causa, ætas, temperatura, regimen, & anni tempus.

Quod si conuertas, perniciosam Crisim eodem tempore significabit.

Dubiam autem, si dubia signa uideantur, nisi quædã summe bona salutẽ, summe uero mala quædã interitũ pmittãt.

Secundum. Cum in acute febrienti, signa manifestæ digestionis in primo die non apparent, at neq; in secundo die signum aliquod periculosum, sed laudabilia omnia, cum uirtutis constantia: Deinde uero die quarto manifestæ digestionis signa uidentur in urina, perdurentq; assidue bona hæc signa, fiet indubie Crisis laudabilis in die 7. uel 9. Maxime, si inter diem 4. & 7. non fuerit erratum circa patientẽ. Si qualitas febris, ætas ægroti, & temperamentum declinauerint ad uehementem caliditatem, febris cõplebitur in septimo, sin minus, proferetur ad diem nonum.

Conuerso canone, significabit Crisim mortalem 7. uel 9. affore.

In signis uarijs, pro bonitate atq; malitia signorum, salutem uel interitum promittes.

Vt ne ignores, signum unum efficax bonũ multis malis debilibus opponi posse. Hip. 3. Pronostico.

Tertium habet Galenus eodem loco sic.

Vbi in ægrototo non apparent signa perfectæ digestionis ante septimum diem (dum tamen alia signa omnia sint procul à metu) deinde die septimo appareant certa digestionis signa, cum uirtutis constantia, & signis omnibus laudabilibus, hæud dubie Crisis fida atq; perfecta superueniet in die undecima, uel decimaquarta. Vtra uero id die contingat, constabit.

constabit ex superioribus.

Conuerteris autem Theorema istud, ad prædicendū Crisim mortalem iisdem diebus.

Quem si medies, alij salutem dubiam, alij mortem pollicebere.

De quarto Galenus ait, Si uideris ægrotum cuius morbus inflammatus non sit, neque uehementer acutus, sed acutus simpliciter, & eius motum in diebus prædictis tardum, Quodq; signa principij digestionis morentur diutius, & signa Augmenti & digestionis manifestæ incipiant primum apparere die undecimo, reliqua autem signa iubeant esse bono animo, tum certum erit Crisim salubrem non accidere ante 17. uel 20. diem.

Differentia hac.

Si morbus sit lentus, & ad frigiditatem decliuis, ægrotus autem senex, ac digestionis signa non ita adaucta in die 14. tunc Crisis non accidet ante diem 20.

Si fuerint signa permixta, & declinantia ad caliditatem, augeanturq; digestionis signa plurimum in die 14, expectabis Crisim consummatam in die 17.

Utrunq; autem hæc habent, in 17. die unum hoc signum certissimum erit, quod morbus uigessimū diem non transibit.

Vigessimus enim dies, omnium ægritudinum uere acutarum terminus est.

Hunc quoq; canonem, id est theorema, uerteris in contrarium cum eisdem plane conditionibus, & fueris certus mortalem Crisim accisuram diebus iisdem.

Attempera autem Canonem, ut alij salutem, alij mortem dubie, uel signorum uirtute certam promittas.

Quodq; Galenus non doceat Crisis diem inueniri post diem uigessimum, insinrare uideretur post hoc tempus uere

Crisin haud fieri, sed uel resolutionem, uel Crisin diminutã, qua morbus non terminetur simul.

Vnde constat,

In solis febris acutis futuram Crisin cognosci uere posse, in Tropicis & Chronicis haudquaquã: nisi fortassis probabiliter, ex consideratione uirtutis.

2. DE COGNITIONE horæ diei qua Crisis complebitur.

Crisis salubris non perficitur, nisi post Statũ Paroxyfmi. Crisis mortalis terminari potest in Augmento, Statu, & Declinatione. Idcirco Crisis huius tempus agnoscere, est horam mortis certificare.

Lethalis.

1. Ex his sunt, qui plurimum debilitantur in principio Paroxyfmorum, ob multitudinem materiæ uirtutem opprimētis.
2. Aliqui debilitantur maxime in Augmento Paroxyfmi, propter pugnam & uehementiam morbi & uirtutis.
3. Sunt præterea qui debilitantur in Statu Paroxyfmi, propter sæuitiam accidentium, & extremam prauitatem.
4. Quarto, sunt quidẽ qui delassantur in declinatione, propter motum caloris naturalis simul cum calore putrido, à centro corporis ad diametros omniquaç. Quamobrem corpus resoluitur, & mollificatur cum infrigidatione cordis, unde uirtus amittitur in toto, uel parte.

Quæ si Medicus à principio cognouerit, de mortis hora nihil dubitabit. Vtç Crisis nõ accidit nisi in die Paroxyfmi ita nec &c.

Fieri autem non potest, ut Crisin malam tam certe cognoscamus cum est, et antequã sit, quàm Crisin bonam. Quoniã
bona

bona Crifis fit per naturam , quæ ordinatiffime procedit in operationibus. Et,

Quoniam Crifis bona , fida , & completa una folum uia perficitur in omni ægritudine: nempe , circa figna perfectæ digeftionis, hora Status uniuersalis , cum uirtutis cōftantia & omnibus alijs fignis bonis, apparentibus omnino absque timoris permixtione.

Crifis mala fit ex morbo, q̄ currit & fit motu inordinato.

Crifis non fida, ficut & maligna, modos habet infinitos.

Fida & completa Crifis, ueluti mensura & regula est Crifium: tam, ut nulla bona aut mala nominetur, quin multum accedat, aut recedat ab hac ipfa.

3. DE COGNITIONE REGIONIS, per quam Crifis futura est.

Id traditum abunde est fupra, cum de feptem Crifis perficiendæ modis ageretur,

Sudore,

Vrina,

Fluxu uentris,

Vomitu,

Fluxu fanguinis narium,

Fluxu hæmorrhoidū.

& Menfium fluxu.

DE VENENIS.

SPECIES.

Venenorum duplex est genus.

Alterum naturæ humanæ tota fubftantia contrarium est. Totam aut fubftantiam Medici appellarunt proprietatem, feu formam fpecificam. Hoc genus funt

Aconitum, uulgo Napellus est.

Sputum, &

Dentes uiperæ.

Cauda Scorpij.

Sagitta toxicata.

Alterum est quod intemperie sua naturam humanam corrumpit.

1. Summè calida, quæ membrorum nobilium potissimè cordis, substantias corrodit. Vel aperit uenarum orificia, & cordis nutrimentum dysenterico fluxu educit. Qualia sunt

Calx uiua.

Argentum uiuum.

Auripigmentum.

Arsenicum, maxime sublimatum.

Realgar.

Scammonia.

Aloë.

non consolata.

Helleborus niger.

2. Summe frigida, quæ calorem & spiritus cōdensat, & prohibet cursum eorum per uenas & arterias, demum nobilia membra, præcipue cor autem, mortificando. Quo pertinet

Opium.

Hyoscyamus.

Mandragora.

Papauer nigrum.

Glacies.

Nix.

Aqua ueri frigoris, ab æstuatē subito absorpta.

VENENA A TOTA SUB- STANTIA.

Differunt ab alijs.

1. Huiusmodi uenenum, quæ eius malitia est, cibo aut medicina fieri nulla plane correctione potest.

2. Idcirco naturam hominis destruit siue intro assumas, si-

ue recipias foris morſu uel punctura. Id quod quantumuis parua eius particula efficit. Percipiturq; malum, quàm primum aſſumptum eſt hoc uenenum, alijs mora quadam, & frequentia indigentibus.

SIGNA HORVM.

Com Anteceſſio rei ſuſpectæ in cibo, potu, uel medicina.
 mu- Anteceſſio puncturæ, uel morſus ſuſpecti.
 nia. Mox ſequitur corporis calor uehemēs, cum anguſtia,
 & ſudore.

Faciei rubedo.

Citrinitas oculorum.

Inflatio uenarum.

Fætor plurimus cum ſiti perdurante.

Quum attigerit cor, frequens uirtutis diſſolutio accidit.

Cadunt membra.

Syncope fit profunda, à qua moritur homo.

Morſo membro à uipera,

Cane rabido.

Scorpio.

Aut puncto, ſagitta uenenata, ſurgit in tumorem è ueſtigio.

Fit dolor in membro fortis.

Fortis accidit rationis alienatio, præfertim oblaſo neruo.

Syncope fortassis accidit ex læſione arteriæ.

Et, niſi occurras ilico, denigratur membrum.

Amittit ſenſum & motum.

Corrumpiturq; demum in eo uirtus nutritiua, quare putreſcit & uicina inficit uſque ad membra nobilia, quibus inuaſis mortem uniuerſalem inducit.

Calidorum.

Suspicio assumpti in cibo, uel medicina.

Post quod accidit dolor, & morsio plurima in uentre,
perdurans.

Deinde, nisi mox subuenitur, superioris ueneni acci-
dentia contingunt.

Aestuatur hic magnopere.

Sequitur fortasse difficilis uomitus.

Superfluit uentris fluxus, primo biliosus, deinde pitui-
rosus, melancholicus, & postremo sanguinis lauda-
bilis. Qui ad intestinorū corrosionem, & periculo-
sam dysenteriam perducit.

Frigidorum.

Antecessio rei suspectæ in cibo, potu, uel medicina.

Insolita membrorum grauitas sequitur.

Rigor item corporis cum frigiditate.

Succedit his tarditas in motibus.

Spasmos succedit.

Demum Subeth, & somnus profundus à quo tres uel
quatuor dies excitari non potest, aut plures ijs.

Excitatus ilico resopitur, ut ante.

Qui somnus, uel diutius perdurat donec aut calor na-
turalis uenenum destruxerit (quare à somno exper-
gescit & loquitur, moueturq; & euadit) aut, uenenu
destruxerit calorem, tumq; non expergescitur, sed
moritur.

DE VENENIS INTRO
ASSUMPTIS.

Trium hæc ferè generum sunt,

Minerarum,

Plantarum,

.Animalium

Animalium, & partium eorum.

Quorum quæ insignia maxime sunt, deinceps signa tradentur. primo metallicorum.

Lithargyrum potum.

Apostemat totum corpus, maxime linguam.

In uisceribus dolor fit fortis, qui simul excitat uomitum, uentris profluuium, & egressionem urinæ.

Corroduntur intestina.

Anus exit.

Color corporis liuet plumbi modo.

ACc Accidit mollificatio membrorum.

russa. Infrigidatur cerebrum.

Albificatur lingua.

Ratio permiscetur.

Accidit tussis.

Singultus.

Surgit dolor fortis in uisceribus, qui Syncopen aliquando commouet.

Dealbatur corporis color.

Patiens quandoq; mingit sanguinem nigrum, præsertim cum frigiditas ultimatur.

Cina Accidunt dolor fortis, & corrosio in stomacho, uel
baris. gutture, ac

Intestinis, ob uehementem eius caliditatem, quam per adustionem acquisiuit.

Fit fluxus uentris difficilis, ut sanguis exeat quâdoq;.

Ziniar. Infert dolorem & corrosionem in uentriculo, gutture, & intestinis.

Retinetur urina.

Fit uomitus.

Fluxus dysentericus.

Mox, cum dolor fortificatur, extrema frigescent.

Ec

Fit Syncope.

Fit præfocatio.

Calx uiua. Ziniar habet accidentia.

Arsenicum. Item.

Gypsum. Cerussæ, uel Lithargyri malis afficit, nisi quòd maior fit hic difficultas anhelitus.

Alumen. Tussi uehementi exercet.

Quæ diuturnior paulatim seducit ad rabem.

Squama ferri. Pota pergrauem dolorem, & mordicationem in uentriculo & intestinis generat.

Fit quandoq; fluxus uentris tantus, ut ferme dysenteriam inducat.

Realgar. Habet accidentia Ziniar, sed est perniciosioris malitiæ, & cœtus enecat.

Argentum uiuum. Non extinctum.

Ledit stomachum & intestina dolore & torsione ac inflatione ex frigiditate sua actuali, priusquam infra, quod ilico solet facere, exeat.

Inflatur inde corpus totum.

Vrina retinetur.

Magnificatur lingua.

Omnia mēbra mollificantur, sicut in Paralyti, & Apoplexia.

Sublimatum nociuum est ualde, & corrosiuum propter caliditatem empyreumatis.

Vehementem ergo dolorem, & morisionem uisceribus inducit priusquam exeat.

Et sequitur fortassis fluxus uentris sanguineus. Et periculosa Dyfenteria.

Auri infusum utrumlibet penetratiuum est, incisiuumq; ex subtilitate suæ substantiæ, & fluxibilitate.

Inducit igitur capiti dolorem uehementem.

Permixtionem rationis.

Spasmus

Spasmm quandoq̄, & Epilepsiam.

Mollificationem,

Et Apoplexiam, propter fortem cerebri læsionem, & panniculorum eius.

Atqui uiuum, frigidum est & humidum in quarto.

Sublimatum, calidum in eodem.

Plantarum.

Ex Napello. Apostemantur labia oris.

Lingua item.

Oculi egrediuntur.

Aduenit uertigo.

Syncope.

Tinesmos, ubi raro euaditur.

Qui subito non emoriunt, incidunt in febrim hecticā, aut

Tabem.

Sagittæ Napello infectæ, subito tactos interficiunt.

Euphorbio. Ziniar habet accidentia.

Tithymalo. Iisdem accidentibus perturbat.

ij. 3. lactis huius, enecant.

Facies aut manus illitæ ex eo, surgunt in tumorem lepræ modo.

Tithymali species insigniores sunt tres.

Conuoluulus fortasse. Anabula, cuius succo utimur.

Esula, cuius radix in usu est.

Cataputia, cuius semen usui est.

Mezereon, & Coccus Cnidios semē eius. Quæ sumpta absq̄ correctiuis suis, Tithymali incommoda accersunt.

Cocci Cnidij, quod semen est Mezereon. 3. ij. cum periculo potantur. Scammo. & Diagridion.

Sumpta absq̄ cōsolationib. suis, & usu immoderato,

afficiunt ut Tithymalus.

Scamoniæ. ʒ. ij. ferè interficiunt. Diagridijuncia semis.

Aloë. Nimia dose, & acutorum additione (ut Sinapis, aut piperis) tum & Stypticorum detractiōe, Tithymali facit accidentia.

Venarum ora recludit.

Primo, mesaraicarum.

Post, quæ sunt iecoris substantia.

Demum, quæ sunt in membris alijs.

Educit ergo sanguinem bonum per secessum.

Vnde sequitur Syncope, & casus uirtutis.

Helle Immoderate sumptus cor & uentriculum infestat.

Albus uomitū mouet, sæpe usque ad casum uirtutis.

Niger aluum ciet corrodente fluxu, tam adeo, ut Dysenteriam inducat.

Et, albus proprietate dicitur canes interficere, niger, homines, si ij. uel iij. drachmæ assumantur.

Cicla- Immoderatus potum, uentris profluuium auget im men. mense.

Cucumer Nimia dosi eius succus, aluū profluere faciet us- asininus. que ad Syncopen & mortem.

Oppiū. Huius potu, stupor, et extremorū frigiditas accidit.

Singultus.

Vertigo.

Oculorum tenebrositas, cum magna grauitate.

Color plumbeus in facie, labijs, ore, & unguibus.

Malo hoc magis impresso, fit

Anhelitus difficilis.

Amisio loquelæ.

Subeth.

Spasmos.

Suffocatio demum cum frigido fudore.

Fertur quod ʒ. ij. uel iij. enccent potantem, maxime si frigida

frigida sit natura.

Nux Pota sicut Oppium perturbat.

me- Vncia semis ex ea somnum profundum inducit.

cha. 3. ij. interficiunt cum somno.

Hyo- Semen eius potum mollificat corpus.

scya- Corpus inde magnificatur.

mos. Spuma ex ore manat,

Oculi rubent uelut strangulati.

Sensus obscurantur.

Asthma fit.

Permiscetur ratio.

Accidit conuulsio.

Epilepsia quoq.

Rugitur aliquando horribiliter, & rauca uoce.

Niger albo deterior est.

Vterq; tamen oppio, uel nuce mecha debilior. hinc 3. iij.
uel iij. mouent prædicta accidentia.

Vua Vulpina. Huius potu fit ceu lactis sapor in ore.

Lingua induratur.

Color faciei obfuscatur.

Superuenit uomitus & singultus.

Fluxus uentris dysentericus, cum mucositatibus, &
squamis intestinorum.

Fungorum nimius esus, potissimum sine pipere, & acutis
alijs: & in corpore frigido, infert singultum, & puncturam.
stomacho.

Difficultatem anhelitus.

Inflatur uenter.

Infrigidatur corpus totum.

Et minuitur pulsus.

Psilium. Cum recens in potu assumitur. multa quantitate,
fungis similiter afficit.

Coriandrum. Recens comestum ℥. j. uel ꝯr. j. succi eius.

pota facit Oppij mala.

Mandragora. Pota sub dosi excedente, dat Oppij mala.
Nisi quòd minoris malitiæ est.

Staphisagria. Maiori quàm par est dosi epota, perturbat ut
Cantharides.

Animalium.

Cantharides. Dolorem commouent & corrosionem in sto-
macho, meri, & intestinis.

Vnde sequitur quandoq; uehemens alui profluuium,
& Syncope.

A proprietate autem habent, ut siue intus, siue foris ad-
motæ uesicam potenter oblædant.

Eoq; perpetuo mingere appetit.

Mingit autem quandoq; sanguinem purum, modicū,
subtilem cum uenit ex uesica.

Quandoq; sanguinem purum plurimum, nigrū, con-
densatum, idq; ex renibus.

Fitq; tum maximus dolor circa pectinem, & lumen.

Et uirga inflatur uehementer.

STELLIO.

Caro huius animalis comesta, uel potus liquor in quē ce-
eiderit, uesica excepta, Cantharidum modo prægrauat.

Caro eius.

Hydrus. Aqua in qua habitat.

Aqua in qua moritur.

Assumpta, damna dant Cantharidum.

Bufo. Pota aqua in quam proiecerit saliuam suam, uel in
qua habitat.

Inflatur corpus uehementer sicut hydropici.

Color eius fit liuidus cum permixta citrinitate.

Dolor & angustia accidit in stomacho, œsophago, &
intestinis.

Intestinis, Difficultas anhelitus præfocati modo.

Sensuum obtenebratio.

Vertigo.

Permixtio rationis.

Conuulsio, si grauius afficiat.

Ventris solutio fortis.

Vomitus & emissio spermatis una hora.

Demum, Syncope mortalis.

Pauci euadunt, atq; ij dentes amittunt ex mollificatione gingiuarum. Quæ huius ueneni proprietas est.

Vitulus Aquaticus. Vermis paruus est, ueluti duos cubitos longus, subalbo colore, habitans in paludibus, & aquis corruptis, quem qui uidet putat esse caudæ equinæ pilum, huic nanq; similis est.

Potus, hic Bufonis mala comparat.

Lepus marinus. Hoc epoto, laboratur ut à Cātharidibus.

Ceruus. Ceruinæ caudæ extremitas comesta, uehementē facit in stomacho, & intestinis angustiam.

Syncopen interdum conciliat, & mortem.

Fel. Fel quoduis in cibo, uel potu sumptū, uenenorū generis est.

Vomitu Cholerico perturbat, & Syncope.

Fel leonís, aut leopardí potantem è uestigio interficit.

Fel canis aquatici, aut canis rabidi lentis magnitudine sumptum, in septem diebus interficit, quibus superatis, esse potest salutis spes.

DE VENENIS EXTRA NOCENTIBVS.

Vtpote, per morsum, puncturam, aut uulnus tincti gladij, uel sagittæ.

Minerarum,
Plantarum,

Animalium.

Plantarum.

Napellus. Gladius succo eius recētis illitus, uel sagitta ic̄tū
protinus interficit, neq; possibilis uidet ulla curatio

Minerarum.

Realgar. Armis illitum facit ex ic̄tu dolorem, & corrosio-
nem plurimam, quæ membrum & eius operationē,
nisi succurritur, plane corrumpat.

Arsenicum, ut realgar ic̄tu perturbat.

Viperæ morsus, uel caudæ punctura.

Primo sanguinem purum elicit.

Post horam sanguis exit spumofus, propter ebullitio-
nem ueneni.

Deinde uirus citrinum, aut uiride cœnosum.

Dolor surgit uehemens.

Membrum apostematatur totum.

Surgunt bothor, & pustulæ minutę uelut ab igne, uel
aqua feruenti.

Cum autem eius malitia corpus obsedit magis

Inflatur ipsum.

Fit rigor & frigiditas extremorum, propter oppressio-
nē, & resolutionē caloris naturalis à calore ueneni.

Vomitus citrinus accidit quandoq;.

Singultus item.

Vertigo.

Fluxus sanguinis narium.

Postremo, sudor frigidus diminutus.

Et Syncope, donec (infra diem 7. plarunq;) mors con-
sequatur.

Masculi sunt in hoc perniciosiores, & habent utrinq;
singulos dentes.

Femellæ

Femellæ plures habent dentes, ut ex foraminum numero possis malum iudicare.

Magnæ sunt etiã paruis uiperis deteriores.

Senes iunioribus, propter temperamenti siccitatem:

Famelici, saturis.

Irati, mansuetis.

Montani palustribus.

In Aestate & Autumno, quàm hyeme & uere.

Viperæ sputum, aut sanguis ex cauda eius præcisa, tum & fel ipsius, ilico asumentem interficiunt.

Inflatur inde corpus uehementer.

Fit sudor.

Angustia itẽ perfortis, donec superueniat Syncope, & mors.

Linguam uiperinam uenena prodere, experimento compertum est.

Scorpius. Membrum intumescit ex Scorpij ictu in amplissimam molem.

Dolet grauissime.

Inflatio totum corpus occupat, ubi nõ cauetur, donec operationem in membris principalibus destruat, et uitam tollat.

Araneus. Punctura aranæ Scorpij modo afficit.

Deterius quandoq; , ut scilicet extrema infrigidentur, & uenter turgeat.

Virga erigit ex uentositatũ in corpore multiplicatiõẽ.

Cum in potu sumitur.

Inflatur collum, &

Venter.

Oculi egrediuntur.

Angustia fit in stomacho, & intestinis.

Donec Syncope, & mors tandem sequatur.

Rutela. Animal est aranæ simile, nisi crura ei lōgiora essent

Punctura eius non minus offendit, quàm prior illa.
 Basiliscus. Latine regulus dicitur, quia ceu coronatum caput habet, aut quia pernicie vincit omnia uenenosa animalia. Neque enim sputo solum, aut morfu necat, sed ipso etiam aspectu.

Venenositas eius tam est adurēs, quod uapores sui corporis aërem uenenent, ut animal nullum uiuere circa speluncā eius possit.

Et arefcant herbæ ac plantæ super quas serpsert.

Qui regulum hunc gladio uel lancea petit, moritur ac si ab eo sit ictus.

Armena. Basilisco simile animal est forma, & operatione, nisi quòd ilico non enecet ut Basiliscus, sed intra dies 4.

Sagittas uenenatas hinc Medici Armenas uocauerūt. Nisi appellēt ita, quòd earum usum Armeni primū reppererint. Aspēs, & Hirudo. Serpentes sunt uenenosi, qui morfu, & punctura sua occidunt ij. uel iij. horis.

Nullò parato remedio.

Canis rabidus. Morfu, nisi mediceris, interficit.

CAVSA.

Fit autem rabidus suorū humorū adustione. & conuersione complexionis naturalis in melancholiam adustā. Sicut fit in hominibus qui laborant Mania canina.

SIGNA.

Canis rabidi, & morfus eius signa sunt,

Rubedo oculorum.

Linguae exertio.

Caudæ inter crura insertio.

Spuma currens ex ore.

Raucedo uocis.

Alienatio non solū à reliquis canibus, sed proprijs etiā ca
 Vult

(tulis.)

Vult inuadere obuſos.

Canes fugiunt ab ipſo.

Aiunt autem panē qui ſanguine eius imbutus ſit qui morſus eſt, à canibus non edi.

Micam panis eiufmodi uulneri emplaſtrata, gallinæ aſpernantur.

Canis huiufmodi ſi hominem momorderit, cui (intra dies quadraginta, uel meſes quatuor) aquæ uehemēs metus ſuperuenerit, Raucedo uocis,

Dolor uulneris debito maior,

Et diſpoſitio ad operationes melancholicas,

Sciri debet morſum fuiſſe canis rabidi.

Ob id, niſi caues, homo quoq; in rabiem agetur. Ita,

Vt homines & ipſe mordeat ſimili incommoditate.

Superuenit & difficultas anhelitus, ſicut in Aſthmate.

Venter ſiccatur,

Vrina quandoq; retinetur.

Quandoq; mingitur nigra, lactea groſſa ualde, quaſi inſint canes parui.

Quandoq; ſubtilis aquoſa, ob oppilationem.

Demum accidit præfocatio cum ſubita morte.

Auicē. dixit neminē euadere, poſtq̄ aquæ timor ſuperuenit. Significat enim ueneni malitiā corpus totū pertrāſiſſe

Rāſes putauit uenenoliſſimum hunc eſſe omnium morſuum, quod animal hoc inter homines conuerſetur.

Lupus. Pari incommoditate hic momorderit, cum rabiēte cane.

Vulpes item rabiens.

Mustela non aliter.

Homo rabidus, lupino dæmonio poſſeſſus, ſeu Mania canina.

Hic quem momorderit, infeſtatur ac ſi rabidus canis fe-ciſſet, niſi aquam non pertimeſceret.

Attamen si rabiei principium fuerit ex rabidi canis mor-
su, exhorret aquam, ut supra.

MORSVS, uel punctura non uenenosa.

Ab homine, aut alio animali nō uenenoso morsus nil
habet periculi, nisi quod ex dolore est.

	Apum.	Spinæ.
	Vesparum.	Vnguis.
Itidem punctura	Calcarium.	Sentis.
	Fusi.	Aculei.
	Gladij rubiginosi.	

Sunt autem uenenosorum serpentum adhuc plura gene-
ra (ut sunt

Dracones,
Et qui Surdi nominantur)

Quæ prætermisimus, quia nostris oris, frigidioribus pu-
ta, rarissime occurrunt. Quin & generalis curatio sufficere
nobis in iisdem poterit, si uel occurrant.

DE DECORATIONE.

Decoratio, est rectificatio dispositionum malarum, quæ
fiunt in corpore manifeste.

DECORATIO CAPILLORVM.

Exornatio, siue correctio hæc nouem ferè modis cōstat.

1. Generatione capillorum.
2. Euulsione.
3. Fixione.
4. Coloratione.
5. Prohibitione Caniciei.
6. Crispatione.
7. Rectificatione.
8. Elongatione.
9. Consolidatione.

Generatio

Generatio caliditate & siccitate perficitur.

Supercilijs.

Euulsio fieri solet in Manibus, &
Collo.

Et dupliciter adeò.

1. Temporalis euulsione, ubi radices euulsæ repullulascūt.
2. Vbi radicitus euelluntur pili, & nunquam renascuntur, quod tam raram est, quàm difficile.

Fixio, iubet corpus ad crassitudinem & pinguedinem reducere, si macrum est tenuesq̃.

Ad extenuationem & maciem, si grossum est & squalidū.

Duabus enim causis defluunt capilli.

1. Siccitate, stypticitate, & strictitudine pororum, ut senibus accidit, & post ægritudines chronicas.
2. Propter cutis molliciem & pororum laxitatem, quod in hydrope uidemus & cachexia.

Canis, Colorantur, nam alij colores tincturā.

4. Capilli Albi, iustam non recipiunt.

Subalbi.

Efficitur autem crinis aureus, aut flauus.

Fuscus, quem uulgius Brunum uocat.

Rubeus.

Niger.

Albus, id est, ut remittatur eius nigredo.

Albescere uero si ad solē exponas, cernitur in opilionibus.

5. Præseruantur à canicie præmatura, si corpus ad caliditatem & siccitatem reducatur.
6. Crispatione ornantur, qui humidis circum ferrum calidum uoluuntur.
7. Rectificantur cum post ablutionē sortiter pectine trahuntur, & ea figura fascijs firmantur.
8. Elongatio n̄s aduenit ex rebus humidis mucilaginos. Et quicquid fissuras capillorum prohibet, id elongat.

applanat, atque lenificat eos.

Siccitate fit, ut findantur & accurrentur pili, quale accidit in lignis cum arefcunt. Proinde consolidationem, & elongationem eorum effecerit humectatio capitis per impinguationem cum cibis & potibus, & unctuosis medicinis.

FURFURES CAPITIS.

Sunt squamæ albæ parvæ & subtiles, quæ separantur à cute capitis, aut aliorum membrorum, cum uehementi ipsorum pruritu.

CAUSAE.

Fiunt ab intemperie calida sicca & adusta, dominante super corpus, aut membrum.

Sine materia, potissimum cum est parua recens, & corrigi sola alteratione potest.

Cum materia, generata post intemperiem ex bile rubea, aut falsa pituita. Proprie cum antiquata est, & difficilis.

PRURITVS, ET SCABIES CORPORIS.

CAUSA.

Cum in toto corpore mala temperatura calida & sicca dominaf, fiunt humores acuti mordaces, huius mali seminaria.

1. Sine, uel cū pauca materia, qualis est in recenti, modico, & benigno pruritu, exurgēt ceu furfures, aut squamæ siccæ. Quam dispositionem pruritū, aut siccā scabiē nominamus.
2. Cum materia plurima, aut fortis antiquata, cutis dispositio fit pustulosa uarie cum Bothor. Hanc scabiem humidam nominauerunt.

Fit aut cū ea multitudo pediculorū, & lendiū: Quoniā ex eiusmodi adusta materia (rubea uel nigra cholera, aut phlegmate falso tū p adustionē, tū cholere admixtionē) generat.

Quibus id potissimum accidat.

Accidit

Accidit autem affectus hic, qui acutis cibis plurimū utuntur. Sicut:

Præsalitis, Pipere, Sinapi, Allio, Cæpis, Vino ueteri amaro, Caseo antiquo,

Lentibus.

Leguminibus, maxime Milio.

Panico.

2. Et qui cibis utuntur facile corruptibilibus, ut:

Piscibus.

Lacticinijs.

Oleribus.

Fructibus arborum.

Maxime; si inordinatius dimoucantur super ipsos, ut adurantur, quomodo pueris accidit sæpe.

3. Itidem usuuenit, qui præter solitum & debitum negligunt ablutiones, & mutationes pannorum.

Natura enim cutis facta est rara, ut omnis interiorum superfluitas occulta transpiratione per eam diffundatur. Galeus 6. de accidentibus.

DE LEPRO.

Lepra, morbus est uniuersalis totius corporis, ortus à melancholia non naturali multa, qua humores & membra tam abundant, ut color eorū inficiatur, forma & figura corrumpatur, alteretur temperamentum, lædantur naturales operationes, & soluatur eorum continuitas adeò, ut tandem ex ulcerata decidant. Nam est ueluti cancer uniuersalis.

Et Cancer, ceu lepra particularis.

MELANCHOLIA NON NATV.

ralis duplex est.

Vna quidem genita per adustionem humorū: quod plerunque fit.

Eaꝓ membra corrodit, maxime cum est ex humoribus calidis bile, aut sanguine.

Altera, per humorum condensationem comparata, quod perrarum est, hæc perparum corrodit, in primis si sit ex frigidis phlegmate, aut melancholia.

Cæterum melancholia hæc ut uarie expellitur, ita non eisdem morbos generat.

1. Cum spargitur ad membrum aliquod, aut figitur in profundo eius, dum per uenas & arterias proprias influit & parat apostemata.

Aduſta groſſa, Cancrorum.

Subtilis aduſta materia, *ἔρπητα ἰδιόμορα*.

Frigida congelans, Zepherion.

Aut spargitur in superficiem eius, donec perueniat ad cutim, ac efficiat

Albaras,

Morpheam, uel

Alguesetz, de quibus infra.

2. Cū autē per totū corpus dispergitur in, & extra uenas. Aut putrefcit & resoluitur, facitꝓ febrim quartanam. Aut non putrefcit, nec resoluitur, & inde fit lepra.

Ut pateat, ex omnibus illis affectibus lepram constare. Si quidem

Lepra in toto est, quod Cancer in parte.

Est idem in carne, quod morphea in cute.

Et idem perdurans, quod quartana deficiens.

CAUSAE LEPRÆ.

Ut omnium morborum aliorum materialium, ita & huius causæ sunt tres.

Primitiua. Sicut

Aduſtio aſſidua in ſole aſtuoſo, uel ad ignem.

Concubitus,

Labor,

Labor,
Fames, superflua.
Sitis,
Vigiliæ,
Vfus ciborum acutorum.
Vfus uini ueteris amari.

Hæc perurunt sanguinem, sequentia condensant.

Ingressio assidua per niuem.

Habitatio ad Septentrionem.

Incarceratio inter muros.

Somnus, & otium.

Vfus ciborum grossorum.

Ablatio concubitus omnino.

Potus aquæ uehementer frigidæ.

Tres aliæ primitiuæ causæ, utriq; prædictorum generi communes.

1. Frequens inter leprosos conuersatio.

2. Concubitus cum leprosa muliere: uel cum qua paulo ante cõcubuerit leprosus, hinc nanq; leprosus euadet aut uir aut fœtus, si modo non uterq;.

Quòd enim mulieri non perinde noceat, facit uteri densitas qui semen concepit.

3. Tertia causa præcipua omnium est, nimirum concubitus cum menstrua muliere, nanq; conceptus hic puer fit leprosus.

Lepra autem ut plurimum ex generatione est, ergo difficulter curatur.

2. ANTECEDENS. Cuius generis sunt,

Malum temperamentum calidum & siccum, uel frigidū siccum incipiēs à secore & corde, à quibus fluit nutritiua uirtus in uniuersum corpus, per uenas & arterias.

3. CONIUNCTA CAUSA.

Humor est perfecte adustus, aut condensatus, in-melan-

choliam usq; non naturalem.

Species Lepræ 4. sunt.

Alopecia, quæ fit cum sanguis adurit.

Leonina, ea fit ex adustione bilis.

Tyrina nominatur, quæ generata est ex pituitæ alteratione.

Elephantia, quæ debet melancholice naturali adustæ.

S. I G N A.

Communia, sumuntur à communibus Symptomatum & signorum fundamentis, scilicet

Qualitate mutata.

Operatione mutata.

Exeuntibus mutatis.

A QUALITATE MUTATA. 9.

1. Color totius corporis, maxime faciei, obscure rubeus est, & tuberosus, cum refulgentia quadam, præter solitum & debitum, tanquam corii torrefacti.
2. Dispositio oculorum, palpebrarum, ac superciliarum eiusmodi. Oculi rotundi sunt cum crassitie & duritia palpebrarum, & superciliarum, ac perturbatione in ipsorum albuginibus ex liuiditate & fuscedine commixta, cum uenis rubeis plurimis in eorum angulis, quasi in cane rabido, aut leone.
3. Eminent oris labia, cum plumbeitate, dispositione non naturali.
4. In linguæ radice ubi pendet uua, similiter & in palato minimæ fissuræ spectantur, & diuersorum colorum ueluti miliaria grana, proprie albi, citrini, uel rubei coloris, foetentia sicut infectæ partes.
5. Capilli rari sunt, defluunt, cum pluribus in capite furfuribus curti. licet, si regenerantur, subtiliores sunt quam

ut uideantur facile, nisi contra solem eas inspicias.

6. Totum corpus pruriginosum est, cum asperitate, tortuositate, & nodositate sub cute si inter digitos tractites, potissimum in facie, & circa iuncturas. quæ signa certissima habentur.
7. Musculi duri sunt, graciles, & consumpti, potissimum inter pollicem & indicem manuum, & tiliarum pulpæ.
8. Cutis tensa in toto corpore est, pprie super dorsi sphōdylos, propter fortem siccitatem. quapropter si trahitur, uel comprimatur tarde redit ad figuram suam.
Et, si aqua uel oleum superaspēgitur, non imbibitur sed defluit, quasi non sit humectatum.
9. Frigent ut plurimum, ut plurimis indigeant uestibus, & tabernaculis calidis. Licet illis hoc cōmune sit cū alijs raris, & macris corporibus, qui propter debilitatem uirtutis naturalis facile afficiuntur.

AB OPERATIONE MUTATA .6.

1. Vocis rauedo, & strīctitudo anhelitus, quæ non accidūt ex Catarrho, uel alia causa manifesta, sed propter siccitatem uiarū anhelitus, & oppilationē ex materia grossa cinerosa.
2. Insensibilitas membrorū (absq; Paralyti, aut Cachexia) eum punguntur aut uruntur.
3. Membrorum formicatio titillosa perdurans assidue, sine causa manifesta: potissimum in fronte, supercilij, naso, maxillis, & super dorsum.
4. Pulsus hebetudo, nā paruus, debilis, rarus, & subtilis est ppter uirtutis oppressionē, & organi siccitatē, præterq̄ incisi.
5. Morum fraudulentia, qua irascuntur facile, & difficulter committigantur, laborant, nemini fidunt, ac sunt auari, & turpiter libidinosi.
6. Paruum habent & paucum somnum, ita ut quauis leui causa excitentur. Et nigris ac terribilibus spectris per somnum diuexantur.

AB EXEVNTE mutato, signa communia sunt 5.

1. Fœtor anhelitus, & corporis totius in modum hirci, maxime in loco calido æstuoso.
2. Vrina pauca subtilis radiosa, colore subcitrino, oleaginea in superficie, cum arenulis minutis rubeis in fundo. Præterquam in principio cum nec adustio consummata est, nec oppilatio. Tum enim poterit esse rubea grossa, citrina, uel charopos.
3. Apparitio ulcerum sordidorum in uolis manuum, & pedum plantis. ex quibus manat assidue fœtidū ac cœnosum uirus, & committigari non possunt, quia Cancrosa sunt, unde & dilatantur indies magis, cum uehementi pruritu.
4. Ventres ipsorum duri plærunq; sunt, propter siccitatem: & deiectio liuida est cinerosa.
5. Ex sanguinis dispositione quintum sumitur, atq; id multipliciter.
 1. In uenæ sectione oppilat uulnus.
 2. In uas receptus ocysissime condensatur, & post paulum scinditur in partem grossam residentem, & aquosam supernatantem. Certius tamē signum ex scissione est.
 3. Cum recens per phlebotomiam extractus, funditur in aquam frigidam, nullatenus cum ea permiscetur, sed uel supernatat, uel ad fundum condensatur, ueluti sanguisugæ nigrae adustæ.
 4. Si recens coletur per linum densum, & digitis exprimitur diligenter, inuenies ceu grana milij minuta.
 5. Si recentem in aqua frigida pura dissolueris in munda pelui, reperies post effusam aquam in fundo ceu milij grana iam prædicta.
6. Si quippiam salis inspergas postquam in uase cōstitit, & liquorem, si quis supernatat, abijcias, nequaquam liquefiet, uel difficulter. Propter sanguinis grossitiam atq; siccitatem: Siue adustus sit, siue congelatus.

7. Si super ipsum, postquam constiterit omni quaque, fundatur acetum, uel lixiuium, natabit ac ebulliet fortasse super ipsum.

Ex deiectione tamen & sanguine non anxie probabimus signa, quoniam dispositiones non dissimiles reperiuntur in corporibus uel natura melancholicis, uel ex morbo.

ET HABET HIC MORBUS APVD

Rasen treis gradus.

PRIMVS dicitur ab eo, Incipiens: & est quam Alopecia nominamus: quomobrem patiens non separatur, quoniam curationem perfectam recipit, si Medicus contingat studiosus & sapiens.

Huius hæc signa sunt:

Raucedo uocis.

Strictura anhelitus.

Turbatio albuginis oculorum.

Rubedo faciei, &

Tuberositas.

Paucitas, & casus pilorum.

Et, uniuersaliter, omnia signa sumpta à qualitate mutata, & actione læsa cum fuerint remissa & moderata, neque determinata accidentia accesserint,

SECUNDVS est Inualescens, propter quem patiens ab omnibus separatur. His signa

Raucedo fit fortior.

Facies tuberosior.

Digitum curuantur, &

Deturpantur adeo ut pueri ipsum fugiant.

Iuncturae conuelluntur, & fiunt tuberosæ.

In summa cum à qualitate mutata, & actione læsa, omnia signa facta sint fortiora. Sed nulla omnino fuerint, uel remissa ex euntia mutata. quo tempore lepra perfecte non curatur.

TER TIVS est Interficiens. Nam alia hic nulla curatio locum habet, nisi mortis suspensiva, & quæ membra custodit à maturiori corrosione, ne ex ea decedant.

Ulceratur hic corpus, & fœtet.

Virus currit ex membris ulceratis.

SIGNA PROPRIA.

ALOPECIAE, sunt cum prædictis communibus.

Plurimus faciei rubor.

Inflatio oculorum.

Eorundem lachrymositas.

Cum rubore & tumore albuginis.

Sanguis è naribus & gingivis fluit quavis levi causa.

Venæ iugulares in collo apparent, cum assidua dispositione præfocativa.

Multitudo pustularum humidarum rubearū per corpus uniuersum.

Vrina rubea grossa unctuosa.

Habitudo uiuida carnosa.

Aetas iuuentutis.

Complexio sanguinea.

Antecessio regiminis argentis sanguinem, ex uino rubeo dulci. Carnibus salitis syluestribus. Ocio & quiete.

Vocauerunt autem Alopeciam, quoniam in ea capilli ut plurimum cadunt.

LEONINAE. Cum prædictis sunt

Color faciei citrinus uehementer.

Ulcera fœda pruritiua in manibus, labijs, & alijs plæriscq; locis.

Cum ardore uehementi.

Multiplicatio serpiginis per corpus totum.

Vrina subtilis pauca citrina.

Sitis uehemens.

Appetitus prostratus.

Habitudo corporis cholericæ.

Aetas iuuentutis.

Regimen præcedens calidum siccum, ex pipere, allijs, sinapi, uigilijs, fame, siti, labore assiduo.

Et, potu uini ueteris amari.

A morum furiositate nomen accepit: Et quia, autore Aucenna, laborant ea quamplurimum leones.

TYRINAE præter communia illa, sunt signa:

Color faciei subalbidus, parum alienus à facie sani hominis.

Furfures in capite.

Pruritus & sicca scabies in membris, qua cutis separatur ceu piscium squamæ, aut spoliū serpentis, unde & Tyria nuncupatur.

Multiplicatio Albaras super corpore toto.

Habitudo phlegmatica.

Aetas senilis.

Sexus plerumq; muliebris.

Regimen præcedens phlegmaticum, proprie ex piscibus salitis.

Caseo ueteri.

Lacte acido.

ELEPHANTIAE, & communia prædicta, &

Color faciei liuidus.

Iuncturarum nodositas.

Et tortura.

Cum spafmo.

Ineptia ad motus uoluntarios.

Abundantia nigrae morphae per corpus.

Habitudo macra gracilis.

Aetas senilis.

Temperamentum natura siccum.

Antecessio tristitiæ, & sollicitudinis diuturnæ.

Nomen inde habet, quòd iuncturæ manuum & pedum rigidæ fiant, perinde atq; elephantis accidit : quod alijs lepræ speciebus non usuuenit.

ALBARAS, ET MORPHEA.

Vt lepra carnem membraq; profundius inficit, ita morbi hi superficiem male habent.

Hac tamen differentia, quòd

Morphea stat circa cutis superficiem:

Albaras, inter cutim & carnem.

CAUSAE, ET SIGNA.

Vterq; affectus generatur ex humore frigido & maligno, quem cum natura membrorum assimilât secundum substantiam : in toto, uel parte : non potest in colore assimilare eundem. Vnde color proprius remanens, colorat cutim.

Vt uero sunt colores alieni corporis principales tres, albus, rubeus, niger:

Ita sunt utriuslibet affectus principales

Alba.

Species tres Rubea.

Nigra.

Albæ quidem fiunt ex humore terreo compacto.

Nigræ, ex melancholia condensata.

Rubeæ, ex compactiore sanguine.

Nec poterant ex bile generari, cum sit humor subtilis re solubilis, sicut in Ictericia conspicitur.

SAPHATI, ALGVESETZ, ET GVTTA ROSACEA.

Hæ

Hæ quoq; passiones tres cutim deturpant, hac tamen à superioribus differentia.

Color membri naturalis & proprius, hic pustulis & furunculis uarijs alteratur.

Differunt autem inter se ipsas ad hunc modum.

1. Fauus (id est Saphati) nominatur, quando pustulæ latæ sunt atq; sparsæ, ex quibus saniosum uirus dimanat.
2. Algueferz, cum minutæ spissæ, plures cōiunctæ sunt.
3. Gutta rosacea dicitur, ubi rubor super pustulas dominatur.

CAUSA

Omnium eadem est, scilicet humor calidus adustus corrosiuus: qualis est, falsum phlegma, Cholera, uel Melancholia.

DE ALBATIO CORPORIS TOTIUS, præsertim faciei.

Hominis corpus, & potissimum facies, potest diuersis coloribus colorari.

Duobus qui decori conducunt, scilicet

Albo, &
Rubro.

Duobus qui dedecori, utpote.

Nigro,
Citrinoq;.

IMPINGVATIO, ET EXTENSIO CORPORIS.

CAUSAE.

Corporis impingvatio ex suæ humiditatis dominio est, potissimum iecoris, quod uirtutis nutritiæ minera & fons

est. Siue natura id sibi habeat, siue acquisitione, quæ influens nominatur.

1. Vbi si accedit caliditas temperata, caro augmentatur. Sin frigiditas, adipem & lardum procreabit.

Hinc dictum est, corporis crassitudinem esse duplicem.

Alteram carnosam, sicut in corporibus sanguineis, quæ uitam elongat.

Alteram sagineam, uelut in corporibus phlegmaticis, quæ suffocat & extinguit.

Macrescit autem corpus siccitatis dominio, præcipue iecoris & cordis, quæ toti corpori uirtutem nutritiuam largiuntur. Et hæc natura adest, uel acquisitione.

Increbescit uero siccitas hæc, si calor uehemens, aut frigus adiuncta sint. Hinc dictum à medicis est, duplex esse macrosum corporum genus.

1. Prius, ob plurimam humiditatis resolutionem, ut accidit iuuenibus.

Cholericis febrilentibus.

Laborantibus in æstu uel sole.

2. Alterum propter digestionem debilem, ac diminutam assimilationem, ut fit in senibus, & melancholicis.

NODI, ET VERRUCÆ.

Sic nominantur tuberosæ eminentiæ cutis, quæ in manibus & pedibus fiunt ex grossa melancholica materia.

Radice[m] habent bene insitam membro, & caput grossum eminens extra, ueluti infixus clauus.

SPECIES, ET SIGNA.

Quatuor ferè modis constant,

1. Molles sunt tractabiles, uel duræ & uehementer asperæ.
2. Habent paruum stipitem, & caput latum: uel ecōtra.
3. Albæ aut nigræ sunt, uel membro concolores.

Integræ

4. Integræ sunt, uel per fissuras scissæ.
 Omnibus eadē causa est, nempe Melancholia grossa.

IMPETIGO, SERPIGO IGNIS PER-
 ficus, ignis uolatilis, formica miliaris.

Similes hi affectus sunt, temperamento, causa, & curatio-
 Quid. (ne.

Pustulæ sunt ualde minutæ, spissim simul plurimæ inuo-
 lutæ, currentes per membri superficiem multa cum uelocita-
 te, & uehementi ardore atq; pruritu.

C A U S A E.

Sunt ex materia subtili adusta, nimirum Cholera, phleg-
 mate falso, uel sanguine cuius humiditatem adustio non fini-
 uit, cuiusq; reliquias non ingrossauit.

S I G N A.

A CHOLERA. Color fit citrinus.

Ardor uehemens.

A phlegmate falso, ad sunt

Color albidus,

Cum furfuribus,

Et pruritu.

A SANGVINE, Fit color ipsorum rubeus uehemen-
 ter, cum humiditate manante.

Sunt præterea huiusmodi pustulæ,

Quandoq; in cutis superficie.

Quandoq; uelut sub cute.

Quandoq; cum minutissimis, & dilatatis Bothor.

Interdum cum ardore pruritum uincente.

Hinc nominibus differunt tantū, causa & curatione nō itē.

LENTIGINES, ET PANNVS FACIEL.

Passiones hæ differunt sola forma.

Lentigines em̄ dicuntur maculæ rubæ, uel nigre in facie,

seu membris alijs, ac si lentes sint super ipsum projectæ.

Pannū nominamus faciei colorem nubilum obscurum, quasi panno liuido, uel tinctura fucata adulteratum. Qui affectus grauidis, & uersantibus in sole familiaris est.

CAVSA.

Lentes, fiunt ex materia grossa melancholica cuti & carni uehementer infiltrata.

Pannum grossi humores efficiunt, dispersi per membri superficie omniquaq;. Hinc cutis fit opaca propter alienationem lucidi diaphani ab extremitatibus ipsius.

SCROPHVLAE.

Affectus hic, glādosa caro est, genita in loco molli, ut gutture, post aures, circa iuncturam, sub ascellis, in inguinibus.

CAVSA.

Ex decursu humoris grossi uiscosi, quale est gypseū phlegma, generatur: namq; caloris naturalis actione inspissatus conuertitur in carnem duram rotundam, albi coloris, quæ cum manibus tractatur, de loco in locum dimouetur ueluti nux in pellicula.

Sunt autem quandoq; tres, uel quatuor in una pellicula. Et magnificantur quandoq; in tantum, ut melonis & cucurbitæ modo dependeant, occupato collo & capite uniuerso.

De Chirurgicis hic Bertrutius nihil egit, sed relegauit eius rei studiosos ad Autores, qui eam ex professo sunt profecuti.

DE VSV IDO

NEO AVXILIORVM QVAE-
DAM, EX IOANNE DE
Sancto Amando.

L E C T O R I.



N IIS QVAE NATVRAE AV-
xiliorum deseruiunt, mediocris
emolumenti non esse uidentur,
quæ tempestiuum ipsorum usum
pollicentur. Frustra enim cogno-
uisse credas uel in singulis parti-
bus, Constructione, & Operatio-
ne humani corporis modum: fru-
stra uero naturam auxiliorum,
qui usum eorum idoneum nō est
cōsecutus. Cumq; sint contraria
contrariorum remedia: si usum hunc tempestiuum ignoras,
augeas malum potius quàm corrigas, dum præter instituti-
rationem, morbo similia, non etiam contraria admoueris.
Proinde, ne, hac quoq; methodo prætermissa, nostrum sit in-
stitutum imperfectius, adijcienda putauimus ex Ioanne de
Sancto Amando, quæ ad usum hunc maturum facere non
instrenue uidebantur. Sed constant his generibus.

Digestione,

Euacuatione, &

Confortatione membrorum.

Quæ priusquam ostendere ingrediatur, pauca quædam de
compositione Medicamentorum ex eodem autore propo-
nam, quæ tribus illis generibus ex æquo communicantur,

Hh 3

camq; ob rem nec ipsa festiuissimo illi usui futura sunt aliena. Nisi malis omnia duobus his generibus comprehendere,
Compositione medicamentorum, & Medicatione.

DE MEDICAMENTORVM COMPOSITIONE.



OPTIMUM est medicamentum, quod (dummodo uiribus nihil decedat) ex paucissimis cōpositum est. Neq; enim compertum satis habemus quæ medicinæ quibus ita sint contrariæ, ut Anacardi & uiperarum caro. Auicen. 5.

CAUSAE MEDICAMENTI COMPO-
nendi sunt decem.

1. Simplicis medicamenti alicuius insufficientia ad id, ad quod uolumus. Vt, si numeris decem excedat intemperies aliqua, totidem numeris contrario medicamento corrigēda erat, quod per simplex medicamentum non licbit.
2. Mōrbi compositio, qualis est in feбри ex materia frigida. hic nanq; desiderant calida materiæ ratione, frigida ratione formę ipsius mōrbi. Similiter fit in morbo ex bile & pituita.
3. Quod plura opera facere paramus, eaq; contraria. Sic in apostemate consumptionem fluxæ materiæ quærimus, sed unà fluentis restrictionem. Cui non ita dissimile est, cum in medicamento aliquo myrabolani obsistunt lenitioni uiolarum. Et, quando medicinis tarde soluentibus adijcimus quę ipsas incitent, ut, Scammonia aloëticis admiscetur: Zinziber additur Turbith.
4. Horribilis saporis commendatio, a çuti item siquà in medicamentis sunt.
5. Vt ex actione & passione simplicium medicamentorum fiat cōmunis forma, quæ cor confortet, & tam calidis quàm frigidis uenenis ita resistat.
6. In medicamēto duplici operatione, alterutrā, quæ nostro instituto

instituto deferuiat, corroboramus. sic Chamæmelo duplex uirtus inest, quarum, quam malumus, confortamus.

7. Cum medicamentum operari in remotioribus partibus debet, ne uirtus eius corrumpatur, aut debilitetur priusq̄ ad sedem destinatam peruenerit, addimus quod ab hac incommoditate ipsum præseruet. quamobrē Theriacę opiū additur, ne in secūda, aut prima digestionē uirtus eius corrūpā.

8. Ut Medicina quo uolumus perueniat, ac penetret. Hinc cum auro, argento, & Coralio crocum miscemus ut ea trāferat ad cor. Ita & Camphoræ crocus additur.

9. Ut uelocis transitus Medicina, longius sistatur quo loco debet operari. Reubarbaro igitur Raphanus additur in iecoris obstructione, qui ea natura est, ut humores moueat ad os uentriculi, ad ciendum uomitum. Neq̄ alienum est huic instituto, quod scammonię mastichen addimus ne ferocia sua internis officiat.

10. Medicamentū simplex ancipitis operationis, siue unius sed ad diuersa membra, determinetur ad hoc opus in certo membro aliquo. Ob id (cum Anisum, & feniculum indifferētia sint ad renum & uenarum deoppilationē) si renes uolumus aperire, aut uescicam, Cantharides addimus: Si iecur & uenas, addimus quæ huc opportune faciunt.

MODVS COMPONENTI MEDICAMENTA, qui hoc triplici genere continetur.

1. Simples medicina non omnes æqualiter ponuntur.
2. Certis medicinis iacitur fundamentum in composito medicamento.
3. Quid, & quare debeat apponi cum hoc fundamento.

1. Fit Causis septem.

1. Simplex medicamētū præforte modica quātitate ponit: uel em̄ plurimū operatur, ut muscus, oppiū: ubi si multū ad-

das, non uulgariter sis nociturus : uel aliarum operationes corrumpit, aut occultat. Nam forte medicamentum breui tempore, & parua quantitate efficiet, quod debile e contra. ob id multa quantitate apponitur debile medicamentum, ut Chamæmelum.

2. Multum ponitur ex medicina quæ iuuamenta habet multa (id est quæ pluribus morbis, & membris medetur) ut Rosa, cum alitricione sua confortet uentrē, & iecur: & cor aromaticitate sua, ac alia omnia membra utrinquē.

3. Cum datur Medicina ad operandum in membro remoto, multum ex ea ponendum est. nam ex longinquitate uires eius non uulgariter minuuntur. minus ex eo ponitur, cū propius posito membro tribuitur. Quocirca si Medicina secundi gradus debet in renibus operari, & eo solum gradu ponas, quantum obsecro uirium amittet priusquam ad renes peruentum est.

4. Medicinæ nobilis (ut, quæ nobile membrum confortet) plus ponitur.

5. Parum apponetur de aliqua, cuius simile positum antea est in eadem medicina, ut, cum ponendum fœniculi semen est, ubi anisum iam positum, uel apium est. nam singulorum parua quantitas æquipollet uberiori unius quantitati, minus autem ponetur de posterioribus.

6. Quæ medicina magnum nocumentum, & paruuum iuuamentum præstat, ex hac ponendum minus est. Magis ex ea cuius iuuamentum magnum, nocumentum paruuum est: Et quanto nocumentū maius est, tanto de medicina minus appones. Cuiusmodi est Apium, herba magis lethalis.

7. Si medicamentum simplex in compositione contrarium suum reperit, ne uirtutem eius corrumpat uberius apponetur. Si duas cōditiones habet quarum altera deficere potest, multum de eo ponendum est, quia duæ conditiones bonæ uincere possunt.

2. FVNDAMENTVM.

Sicut in alijs operibus fundamentum certum ponitur, ita fit & in medicamentis. Atq; hic medicamenti fundamentū, Basis, aut Radix etiam nominatur.

BASIS HAEC CONSTAT

Vnico medicamento, ut in hiera picra Aloë.

Duobus. Scammonia.

Tribus, ut Turbith.

Hermodactylis, in benedicta laxatiua.

Sed ponuntur plures, propter

1. Vnius debilitatem, ita, in benedicta hermodactylis Turbith additur.
2. Euacuationis suae tarditatem, ut plerisque Scammonia additur.
3. Passionum curandarum pluralitatem, quo modo nervi in paralyticis castorio roborantur, materia mali pyretro consumitur.

Sed Basis laus omnis attribuitur, quam, quae praeterea adfunt, iuuant solum.

3. QVAE, ET QVARE DEBEANT PONI cum radice, ferè quinque.

1. CONFORTANS radicem, aut membrum cui radix haec erat nocitura:

Radicem quae debilis est, & uocatur sequens radicem, quale est quod grossae Basis penetratione maturat.

Membrum, ubi radix nocet.

Et, quantitas eius sub duplo erit ad uirtutem radicis, nisi & pondere conueniant, hic enim ad drachmam radicis additur confortans drachma semis, Spectata tamen ducendi necessitate, ut supra.

Vt constet, si in Syri, uel alius medicamenti compositione sufficere radix possit, neq; offendat, nihil esse addendum amplius.

2. IUVANS RADICEM.

3. PRÆPARANS.

Margaritas,

1. Vias aperiendo, sic Sapphirum,

Aurum,

Crocus ad cor defert.

2. Viam specificando, deducunt ita Cantharides diuretica ad renes & uesicam.

3. Præseruando ab audacia 1. & 2. digestionis, ut faciat opium in Theriaca.

4. Membra, uel materiam determinando. Ob id digerentes medicinæ additæ iuuant euacuationē, quod em hæ digerunt soluentes medicinæ purgant, quarum inde fortificatur operatio & euacuatio.

Præparantis autem medicinæ ostendi quantitas non potest, quoniam illa breuius longius ducenda medicina est.

4. REPRIMENS MALITIAM RADICIS.

Castoriū ita reprimat opiū, ne ex eo membra obstupeſcāt. Bdellium & mastiche scammoniam.

Nam scammonia,

mordicando stomachum lædit, sed quod prohibeat aloë, mastiche, myrabolani, Anisum.

Excoriat intestina, bdellium prohibet autem.

Ne uero cordi noceat, faciet crocus.

De reprimente poni tantum debet, quantum de ipsa radice.

Vbi, si radix præparatione correctæ est, radix minuitur. Sicut cocta scammonia repressa est.

Euphorbium in pingui lacte infusum (adhibito drag. & mucilage psylli superinperso, cum in pastillis est) refrenatur.

5. ALTERANS, ET REMOVENS TOTIUS compositi medicamēti malitiā, siqua adest ex acumine, uel mala qualitate.

Hoc ponitur ad pondus omnium.

EXTRAVAGANTIA QVAEDAM.

Simplices medicinae plures componuntur, ut fiat una quaedam communis uirtus ex omnibus, quae reperiri in nulla simplici medicina poterat.

Atqui in pondere radicis tota uis sita est, eaque pendet ex gradu curandi affectus, & eius idiosyncrasia. Quippe si numeris quatuor, aut secundo gradu excedit intemperies, simili numero, aut gradu radix contraria sit. Ita ut, si ea non sufficiat, iuuantia adiungas. Sin possit nocere, corrigas. Cum uero sufficiens ipsa est, caue quippiam addas.

At ne nescias, esse quae componi non uelint, haec scilicet.

1. Quorum operatio non eodem fit tempore, ut, cum cito alia operatur, alia tarde. Gale. 2. de ra. uictus.
2. Quorum modus euacuandi diuersus est, quo modo myrabolani uacuant comprimendo, uiolae lenificando. Intellige uero non esse aequa uirtute componenda. Ob id uiolae non ubertim additae suam operationem perficient, antequam istae incipiant.
3. Diuersitate proprietatis contraria, qua non conuenit Anacardis & carni uiperinae. Auicem. 5.

MEDICATIO SIC HABET.

1. Digeritur Syropis, & Electuarijs.
2. Purgatur medicamentis purgatiuis.
3. Confortatur, & consumuntur materiae circa membrum reliquiae, Opiatis.

CIRCA DIGESTIONEM
obseruatur.

Quid sit digestio.

Quomodo fiat digestio.

Quæ materia sit digestibilis.

Modus digestionis qui sit.

DIGESTIO.

Est, inquit Auicenna, qualitas faciens cessare putredinē substantia manente.

Fit autem.

Extra corpus uiuens (& digestio, dicitur mutatio in caliditatem) fit à caliditate quæ non regulatur caliditate naturali.

In corpore uiuente, siue sit iuuatiui digestio, siue nociui, fit semper à uirtute naturali regulante.

IUVVATIVI.

Nimirum nutrimentū. Et fit à calore naturali regulato per uirtutem membri. Eaquæ digestionem cibum membri complexionem acquirit, ut eius assequi substantiam possit denique.

NOCIVI AVTEM.

Materia digestio est unde fit morbus, idque dupliciter:

1. Quo præparatur mala materia ad expulsionem.
2. Quo modo corrigitur mala materia, ut digeratur ac nutriat membra.

Digestio secundum Hali, facit aliquando malum bonum ut ipsum conuertat in membra, ac nutriat ipsa.

Aliquando facit malum, medium inter bonum & malū, ut ipsum expellat.

DIGESTIONIS MODVM OSTENDVNT
hæc tria.

Tempera-

Temperamentum ægroti, & membri cui inest ægritudo, tum & materia ægritudinis.

Natura ægritudinis.

Dispositio patientis, considerando ætatem, & regionem.

Hic quatuor sunt consideranda.

Complexio naturalis membri.	1.
Natura, uel dispositio membri.	2.
Situs membri.	3.
Virtus membri.	4.

DE COMPLEXIONE DANTR

regulæ 4.

1. Immoderatum temperamentum, per immoderatum æquo gradu contrarium reduci debet.
2. Si membrum eleuatur in simili temperamento, debili eget medicamento. Si in dissimile temperamento elapsum est, forti eget. Nam forti resistenti debetur forte agens, & debili sufficit debile.
3. Complexio hæc sine materia est, uel cum materia. Et hic Euacuatione opus est, istic alteratur solum per contrarium.
4. Tempus in frigidandi & calefaciendi unum est, & æquale, sed humor non est unus, & æqualis.

Propter calorem autem naturalem, nam eo is iuuat, non magnopere calefacienda sunt membra.

Refrigeranda sunt fortius membra, exceptis tribus conditionibus.

1. Quando in calido aliquo membro obstructio est, refrigerari plurimum non debet, nam augetur inde & calor. Tutius ergo refrigeratur subtiliantibus refrigeratiuis, qualia sunt Oxysacchara, & acetum, quibus additæ sint medicinæ calefacientes parum, & deopilantes quæ fumos resoluant, & sic refrigerent.

1. Membrum acute calidum fortibus refrigeratiuis attentatur, dummodo ex immodico frigore mali plus non sit, quàm caloris acumine.
2. Nobilis mēbri uicinitas intempestiuā in frigidationē uerrat. Mesaraicas ergo refrigerare, propter iecur, religio est. quas calefacere nō metues, quoniam calor nature amicus est.

HUMECTANDI AVTEM, ET SICCANDI
tempora æqualia non sunt.

Sunt namque tria quæ siccant, ueluti:

Calidum consumens humidum, & exiccans.

Frigidum congelando exiccans.

Siccum consumens & imbibens.

Vnum est autem illis tantum contrarium, scilicet humidum. Sed unum contrarium agens tardius effectum inducit quàm plura.

2. NATURA AC DISPOSITIO membra.

Raritatem.

Ostendit Densitatem.

Venarum amplitudinem, & strictitudinem.

In quibus membris uiarū amplitudo est, quia citius transeunt medicamenta, facilius hæc alterantur.

Densa non æque, hic renes exemplo sunt, istic iecur.

3. MEMBRI SITVS.

Hic docet colligantiā, qualis uentriculi est & cerebri: Vbi cum uentriculo medemur, spectamus ne debilitando cerebrum offendamus, & econtra.

Docet & operationem membri, quæ in medicando considerari uult unice. Scitur hinc etiam an forte medicamentum, an debile requirat. Nam quæ membra remota sunt, fortius petunt medicamentum.

Cognoscis

Cognoscis insuper, an cum principali medicīna quicquā amplius commisceas, & quidnā. addit em̄ aliquando quod medicīnam traducat ad membra remota, quod propius positū est membrum, medicīna facile assequitur. Sic diuretica addimus, ut infra perducant medicīnam.

Quoq; parte foris localia apponamus, idē situs indicat.

4. VIRTUS MEMBRI.

Hoc loco videtur membri principalitas.

Membri communitas, & communis operatio.

Sensus deniq; membri.

Virtus hæc cognitu maxime opus est, quia fortem medicīnam principale membrum non sustinet, & curandum leni medicamento est.

Communitas, & operatio communis conseruanda inter curandum est. Sicut cum ventriculus curatur aut alteratur, conseruari eius operatio debet, quam membra uniuersa ex æquo sibi uendicant.

Sensus mēbri acutus exasperaretur forti medicamēto, & mordenti, quod ferre solum possunt obtuso sensu membra.

2. NATVRÆ, VEL TEMPERATVRÆ ægritudinis habentur regulæ 9.

1. Cum Medicus affectum, & eius naturam cognouit, per contraria curare debet: quæ priusquam cognorit, nil plane attentare in curatione. Si nanq; sanarit aliter, inquit Alexander, non suum peregerit, sed fortunæ.

2. Quantitatem ægritudinis, & intentionem non ignorabis. Est enim præcalidus quandoq; morbus, frigidus, humidus, siccus, viscosus, aut subtilis. Vbi Medicus secundum artificialem æstimationem, & quæ ueritati proxima est excessus quantitatem cognosceret.

3. In morbis summis incipiendum à forti medicamēto est, propter materiæ malitiam. Neq; enim expectat hic morbus ut à debilissimo quoq; medicamento assurgas. In quo genere sunt Epilepsia, & Apoplexia, potissimum ubi assidua est exacerbatio. Si qui morbi inducias dant, à lenibus exoristi, ad magis magisque fortem medicinam ascendemus, quales sunt quotidiana, & quartana.

4. Medicus agit quandoq; contra morbum, quandoq; contra morbi Symptoma. Curatione tamen regulari causam morbi profligamus primo, ut Symptomata, quæ umbræ corporis modo causam consequuntur, unà decedant. Est autem quadruplex ferè genus, ubi Symptomata primum inuadimus.

1. In uehementia doloris, ut Colica de materia phlegmatica grossa, quo loco contra doloris substantiam agimus, extinguendo membri sensum narcoticis ut nō sentiat, licet materia incrudetur & infrigidetur.

2. In accidentium uehementia, & acumine, ueluti, si febrienti accidat Syncope uino propinato, uel cum febris incremento, Syncopen curamus.

3. Propter uirtutis debilitatem, quouis tempore, etiam in ipso statu, carnem aut uinum exhibemus, securi quòd morbum augeat.

4. In nimia calefactione, ut febrili, est refrigerandum, tamen si ita poris obstructis, & expiratione prohibita febris augeatur. Aestu hoc committigato, demum febris curatur.

5. In dolore uehementi, curamus ægritudinem medicina quæ morbum inimiciorem reddit, ita nanq; doloris sensum timemus. Sed iudicio hic opus est singulari: ac fieri solet in amputatione membrorum, & excisione lapidis. Tale quid pueri faciunt cum perforare cutim parant, eleuatā enim cutim stringunt admodū, mox, spiritu & calore fugatis, absq; dolore pertundunt.

Rectam

6. Rectam uiam non deseret medicus, si uel medicamen nõ protinus operetur: At nec prauè persistat in uia non recta, licet nocumentum non appareat protinus, grauissimũ enim expectatur.

7. Non debet semper eadem dari medicina, sed mutari ad aliam si prima non habuit effectum. Vnde, si damus Diacalamentum ad confortandam digestionem, & consumptionem superfluitatum, non dandum erit per longum tempus, ne ad id assuescat natura, & nihil inde patiat. Permutabimus autem cum Dia trion pepereon, uel simili.

8. In operatione & curatione morborum, agritudinis tempora debemus obseruare. Nam ut in abscessuum principio (nouem exceptis casibus) repercutimus, ita in alijs temporibus aliter atq; aliter facimus. Nouem casus quos dixi sunt,
Nobile, plethoricum, Crisis, Centura forensis,
Grossities, frigus, congestio, copia, uirtus.

In Augmento, repercussiuis multis pauca resolutiua admiscemus.

Statu, pauca repercussiuia multis resolutiuis adduntur.

In Declinatione solis resolutiuis agitur.

9. Non medicamento pugnandum semper, & præstat aliquando diætã naturam corroborare, ac boni succi alimẽto, quæ morbũ materiam euincat. Quo facient exercitia quoque, & aliæ res non naturales. Quomodo sanandi sunt qui aliquam lassitudinem percipiunt, nec protinus ad pharmaciã est properandum.

3. Sunt & consideranda in digestionẽ materiæ

Aetas laborantis,

Consuetudo,

Regio,

Viresq; patientis.

Aetatis nomine: qui feruenti ætate febriũt, ijs frigida con

ducet si fortes sunt, & carnosī, id quod senis debilitas non ferret.

Consuetudinis est quòd aquæ plurimum Syropis immit-
ti aliqui uolunt, nimirum qui adfueti sunt aquam potare.

Aliqui, non affueti scilicet, recusant aquam plurimam.

Exhorrent aliqui dulcia.

Virtutes considerabimus naturalem, & animalē, quas in
omni curatione conseruabimus. Iecore autem confortato na-
turalem uirtutem roboraueris ad uincendam ægritudinem.
Ita fiet & cū uirtute animali in cerebro. Et gaudio sunt itaq;
demulcendi quauis ratione, qui tabe, aut macredine confi-
ciuntur. Quibusq; corpus in frigidatum plurimum est.

Quæ omnia non uulgariter regioni subseruunt.

EVACVATVR AVTEM

Deiectione,
Vomitu,
Sanguinis missione,
Ventofatione,
Hirudinibus,
Enematis,
Balneis,
Suppositorijs,
Pellis.

IN PURGATIONE OBSERVANTVR 6.

1. Quæ commendent, aut impediānt purgationem.
2. Modus præparandī corpora ad purgationem.
3. Quomodo materiæ quibus purgat, debeant præparari.
4. Incommoda ex purgatione, & eorum remedia.
5. Signa completæ purgationis.
6. Regimen à purgatione facta.

1. PURGATIONEM PER INFERIORA

prohibent

prohibent decem & septem.

1. Laudabilis uictus & diæta, cum aliâs, tum uero ciba-
tione euchyino.
2. Repletio nō antiquata, & pauca: nam curatur inedia,
exercitio, & balneo.
3. Repletio ex humore sanguineo.
4. Corporis inanitio & uacuitas. Apho. 16. lib. 2.
5. Corporis dispositio, Apho. 6. & 7. lib. 4.
6. Venenosa materia in membrorum uacuitatibus retenta,
quieta: sicut in leprosis. nam ea materia mota pharmaco, po-
terat in nobile aliquod membrum colligi, & Syncopen, aut
aliquod aliud accidens haud idoneum comparare.
7. Accidens quod purgando corpori aduenit, ut, impre-
gnatio.
8. Tempus præfrigidum, & præcalidum. Frigore nanque
compacta est materia, & inde inobediens: Aestu distrahitur
in superficiem cum uirtutis debilitate, ut accedente pharma-
co magis furiat materia.
9. Virtutis seu natura, seu accidente debilitas. In animalis
etiam uirtutis debilitate prohibetur pharmacum, nisi possi-
mus facile subuenire.
10. Temperamentum calidum & sic. quoniam si accederet
similis temperatura, fieret furor.
11. Nimia corporis raritas. Prærarū nanq; corpus facile ex-
oluitur, humoribus admodum obedientibus.
12. Naturalis, uel accersita crassitudo. quoniam illa debilis
est uirtutis, in hac poterat caloris suffocatio euenire.
13. Dispositio ad uentris profluuium, atq; cholericam passio-
nem. Cuiusmodi affectu sunt qui longas habent tibias, col-
lum longum & gracile.
14. Aetas puerilis, & decrepita.
15. Artificium laboriosum, ut fabrile, baiulationis onerosæ,
uiatorum, aut cursorum. Hæc enim omnia, membra dissol-

uunt ipsa, quibus ob id medicina contraria est.

16. Apoltema inferiorum partium, ut ani.

17. Dispositio cœlestis, quã ostēdit Astrologia his modis.

Infrigidatur, ingrossatur, & congelatur materia quando Luna est in signo terreo, ut Saturno, hinc Physici dicunt,

Cum Luna est in signo Cholerico, acue medicinam.

Melancholico, acue amplius.

Phlegmatico, minus acue: Nam satis per se materia obedit, & Luna dicitur esse in suo domicilio, ac bonum est dare medicinam. Signa eiusmodi sunt, Scorpius, Cancer, & Aquarius.

2. Cum Luna cum Ioue coniungitur, uirtutem fortificat ad retentionem. At Medicina non euacuat neq; trahit, nisi uincat naturam.

3. Mouet materiam ad partem oppositã, supra nempe: unde uomitus competet magis, quã secessus. Vt, cum Luna iungitur planetæ ascendenti in medio cœlo. quis sit autem ascendens planeta, uide.

EVACVATVR AVTEM PROPTER

Causas tres.

1. Nimia materiæ repulsionem.
2. Malam materiæ qualitatem.
3. Morbi magnitudinem.

PVRGATIONEMQVE COMMENDANT

decem conditiones.

1. Materiæ qualitas, quæ debet esse nociua.
2. Materiæ purgandæ quantitas, quæ si magna est, paulatim purgetur ne natura succumbat. Nec exquisitè purgare utile est.
3. Euacuandi facilitas, quo modo quæ in uasis materia est, facile trahit medicamentum, quæ in iuncturis, aut membro
rum

rum cavitatibus ut non item, ita fortiorem medicinam requirunt. ANNI.

4. Temporis opportunitas.

Vernum tempus, in cuius principio purgatur Melancholia, & phlegma. In fine, bilis.

Autumnale, in cuius medio tantum purgatur, ut æquinoctio, secundum Auicem.

MORBI TEMPORIS.

Principio furiosæ, aut multæ materiæ

Medio, ut in Paroxyismi principio, cum eius fortitudinē, & accidentium malitiam timemus. Id quod salubribus debet medicinis fieri, ut Manna, Tamarindis, aut uiolis.

In fine morbi, differenda purgatio est in finem usq; si materia uno in loco, membro non nobili, quieta est, neq; enim uirtutis debilitatem tunc metuimus ex morbi diuturnitate.

QVOD AD MENSEM ATTINET, Crescente Luna purgandum est solum, nam tempus hoc calidum est.

Decrescente, non, quia frigent tum omnia.

DIEI TEMPORE SIC PURGATVR.

Mane datur forma liquida medicamentū, quæ si daretur sero, resolueretur à calore naturali.

Sero, datur in forma dura, ut pilulari, nam indiget forti actione.

Media nocte dantur electuaria, quæ mediocri egēt actione.

Dantur quandoq; pilulæ ante uel post cibum, sine acuminē, atq; id in uigilia, cum forti diuisione non indigeant.

5. Purgantis medicinæ ad institutam euacuationem proprietas. sunt enim cuilibet purgando humori propria medicamenta parata.

6. Membri per quod fieri debet euacuatio, aptitudo. quæ est, si eò materia repat: Si membri situs suadeat, quo gibbū

hepar per urinam purgatur, cauum autem per deiectionem
Si purgatio fiat per membrum ignobilius.

7. Cōsideratio dispositionis membri à quo fit purgatio, ne scilicet dolor sit in ipso uehemēs, tum enim uacuari ab eo nil debet, quippe fieret motus agitatius, qui naturæ singulari res aduersus est.

• Primum igitur sedandus dolor est ne ad se trahat, & retrahat medicinam perniciofa cum agitatione.

8. Duas diametros non transibis, per hoc enim multum debilitaretur natura, quòd motus ei contrarius dupliciter fieret. Cuiusmodi est, si materiam quæ in dextris pendet supra per sinistram cupias infra detrahere. Nisi paruo discrimine distent dextra hæc, & sinistra, sicut in capite.

9. Materiam non detrahemus magna cū uiolētia, ne quod solubilius est & obsequens purgetur, quod contumax & crassum inuisctetur. Adde quod ex uiolentia mirum in modum natura debilitetur.

10. Vasorum mediorum dispositio consideretur, & uiarum per quas transit materia quādo mouetur ad medicinam. Ni si enim fuerint uacue, materia, non sine incommodo, in ipsis subsistet. Fit enim motus per uacuum. Ob id præmissa phlebotomia, poterit data medicina per uenas ad stomachum à membro attrahere, ut uertat bene.

2. MODVS PRAEPARANDI PURGANDA corpora, per deiectionem, constat duobus.

1. Quomodo debeant præparari ante medicinæ exhibitionem corpora.

2. Quomodo parari post exhibitionem.

1. Præparantur ante medicinæ sumptionem, ut

1. Medicina effectum habeat.

2. Effectum habeat idoneum, id est infra.

Patientis

- i. PATIENTIS nomine septem cōditiones sūnt, quæ medicinae effectum promouent.
1. Pridie quàm sumitur medicamentum, patiens saepe comedat, sed non multum: uarios etiam cibos non multæ qualitatis, faciet enim uentriculum suscipiendo medicamento indignabundum, unde facilius descendet ac purgabit.
 2. Inspectio dispositionis corporis euacuandi, & humoris qui purgandus est. Vt, biliosi humores supra, pituitosi facilius infra purgantur.
 3. Ante medicinam debet dari aliquid quod uentrē leniat, sicut uiolæ, aut brodium pinguis carnis.
 4. Qui sumere medicamentum assuetus non est, eius natura leui tentanda est priusquàm fortem damus medicinā. quo modo assuescet ad medicationē patiens, & Medicus tuto aget.
 5. Propter corporis raritatem, aut stomachi debilitatem edi quandoq; debet ante fortis medicinae exhibitionem. Calida est namq; talis medicina, ut corporis incensionem & exiccationem pertimescamus. Cui rei cibus idoneus est mica panis ex succo mali granati, aut uuæ agrestis, unde stomachus in-frigidatur, & alstringitur ne Syncope accidat.
 6. Ante sumptionem medicinae lauatur utiliter. id enim mouet humores, & præparat ad expulsionem.
 7. Insolito homini fortis Medicina dari non debet, nisi cogat magna necessitas, ne subita fiat mutatio.

2. PRAEPARATIO CORPORIS AD
infernam purgationem.

Vomitur à purgatiua medicina quatuor modis.

1. Cum uentriculi os debile est, & fundus fortis: nam abominatione facta os uentriculi non retinebit, quo iuuabit fortis ex fundo repulsio.
2. Ventris constipatio, qua cum infra exire medicamentum non potest, supra effertur. Emolliendus est ergo uēter primo.

3. Quando medicamentum quis exhorret, euomet, non da bis ergo.
4. Qui appetitus fastidio laborant, & lapsu oris uentriculi, euomunt uel recepta facile, cum male retineant.

2. POST EXHIBITIONEM MEDICINAE,
parantur corpora modis quatuor.

1. Assumpto medicamento, non esse patiens in aëre præ calido debet, distractis enim in motum contrarium humoribus purgatio impediretur, mouerentur autem foras. Præfrigidus etiam aër uitabitur, quoniã congelat humores, & inobediētes facit ad exitum.
2. Sumpto medicamento non edet, aut bibit patiens donec operationem suam id compleuerit, ne cesset spiritu & sanguine medicamentum exercere natura, & ad cibum diuertat.
3. Cum medicina incipit operari, non debet patiens dormire donec compleuerit operationem suam. Medicina quippe fortes euacuationes somno retinentur, neque enim sentit in somno grauamen, propter quod fiat à uirtute naturali & animali expulsio.
4. Ne abominationem patiens uomitu medicinam eijciat, dari fortes odores debent qui stomachum confirment, & constringant uias, tum, ut spiritualia confortentur. Acetum ergo faciet ad stomachi conformationem. Quod si non sufficit, extrema fortiter constringantur, ut à stomacho dolor spiritum & sanguinem ad se conuertat. Proiecta etiam in faciem frigida, aut frontem, calor, & unã humores ad stomachum reuocantur. Ad spiritualia itē, ut ea confortēt.

3. MATERIIS QUIBVS PURGAMVS,
præparantur corpora.

Medicinæ

1. Medicinæ principaliter purganti, addimus quod eius malignitiam reprimat, nō tamen eius operationem diminuat. Myrobalani citrini sic additi scammonia, intestinorum excoriationi obsistunt, biliosi tamen humoris in scammonia attractionem non remorantur.
2. Duas medicinas quæ diuerso purgent tempore non dabimus, ut: cito, & tardius purgantes: nisi quæ ocysus purgat tã pauca sit, ut in acumen alteri sit, & ei ceu uia præparet. alioqui debilitaretur uirtus nimium ex cita illa, & tarda purgatione. Paucam autem scammoniam aloëticis addimus, quæ horum operationem incitet.
3. Eodem die non dabimus patienti bina medicamenta purgatiua, debilitaretur enim æquo amplius. Tametsi inuenias qui, si prius medicamentū nō purgauit, uncias duas uel. j. Ele. de suc. rosa. præbeant.
4. Nemini detur medicina, nisi sit humor in corpore quem educendum putemus. nanc; attraheret humores, calorem, & spiritus magno cum malo hominis.

PRAEPARANTVR VERO ET IPSAE
 medicina, regulis sex.

1. Cum datur medicamentum ad certi humoris purgationem, siue liquida, siue pilulari forma, fiat cum decoctione medicina in euacuando proportionali. Vnde

Myra. citri. dantur ad bilis detractionem, cum decoctione prunorum, aut uiolarum.

Myrobalani Indi, ut bilem atram purgent, cum decoctione Epithymi exhibentur.

Myro. Kebuli porriguntur cum decoctione Polypodij, ac purgant phlegma.

2. Medicina purgat humorem illum primo quem per naturam suam respicit, post alios. Nisi, ut à Serapione scribitur,

1. Propinquiorem detrahat antea. Nam medicamentū pur-

gando phlegmati natum, si bilem in uentriculo reperit pungentem & mordicantem, hanc pellit, priusquã à capite phlegma detraxerit.

2. Humoris quẽ respicit inopia, & alius abũdãtia id mutet.

3. Qui odiosior naturæ humor est, citius expellatur.

3. In eodem die fortis medicinas duas ne dederis si prius uel non, uel non satis purgarit, nam corpus supra modum exhauriretur si purgauerit prius illud, & profligaretur uirtus. Sin minus, priori modo emoti saltem humores, à posteriori medicamento nimium ducerentur.

4. Quæ danda medicina est, corrigetur primo admixtione eorum quæ malitiam eius refrenare possunt.

5. Cum præparato ad alui profluuium (quales sunt balbus ac blefus) dãda medicina est, admiscebimus uomitoria, quæ retinere solent expectatum profluuium, quoniam eorũ proprietates supra retrahit.

6. Pilulæ operculo uestitæ corriguntur, eamq; ob rem in liquatam ceram demittuntur ilico extrahendæ, post uoluuntur in melle, saccharo, uel rosaceo. Aut nebula obuolutæ cũ uino exhibentur.

4. INCOMMODA QUAE PROVENIUNT ex medicamentĩ assumptione, & eorum remedia, sunt 7.

1. Medicina non euacuat, 7. Causis.

1. Viarum angustia, ut accidit in Paralyfi, & Spasmo, cum per angustas uias humor transire non potest. unde fit in uentriculo torsio, & intestinis. Cuius remedium est, uiarũ apertio priusquam assumitur medicina. Vel uomitio, si assumpta iam est uis non apertis.

2. Medicinæ antiquatione, quæ uomitu curatur.

3. Proprij humoris priuatio. Quod & ipsum curat uomitus.

Proprij

4. Proprij humoris cum humore cōtrario fortis permixtio, quamobrem extrahi non potest. Ac erit remediū uomitus, Enema, uel suppositorium quibus detrahatur. Quæ si acuta medicina est, restinguatur hydromelle. Datus etiā magnus aquæ hordei potus faciet medicinam descendere.
5. Temporis quoq; frigiditate congelati, non obtemperant humores, balneo remedia, uel aëre non trahente, sed dissolvente tantum humores.
6. Materix purgandæ frigidum temperamentum. Cuius remediū, est uentriculi per imposita fomenta calefactio.

2. NAVSEA mouetur. ut cum dantur Esula & myrabolani, quam curat ante medicinæ exhibitionem paratus uomitus. Quo præterito, à pharmaci exhibitione acre quid propinquemus, ut succum granati, uel uuæ agrestis. Fricentur uero extremitates, & plantæ pedū, ut spiritus & calor, qui medicinam uomitu sunt eiecturi, ad loca hæc auocentur.

3. Torsio, & morsus ex acumine medicinæ, ut helleboro. Quod curat eius acuminis repressio cum rebus infrigidantibus, ueluti, potu aquæ frigidæ, aut pingui, uel dulci aliqua re quæ leniat, cuiusmodi est butyrum, Amygdalæ dulces, nuces. Siue, quæ faciat medicinam intra descendere, ne torsionem faciat in stomacho, ut facit aqua hordei sua cursibilitate.

4. Febris, ex temporis, uel medicinæ caliditate.

Quæ frigido corrigitur, ut Syr. uiolato. Nec dari hic debet Syr. acetosus, quia ex aceti acumine excoriaret intestina per solutionem pharmaci debilitata. Neq; dari quicquā potionato debet actu frigidum.

5. SYNCOPE. Quæ accidit quandoq; ex nimia purgatione: quandoq; ex horribilitate medicamenti. Curæ sunt aromatica confortantia. Stringantur uero fortiter extre-

mitates. In frontem irroretur frigida. Ac fortes odores naribus admoueantur, & aromatica.

6. Nímia uentris solutio. Scuta uel temperamenti membrorum frigiditatem, uel uenarum debilitatem, aut amplitudinem: uel intestinorum debilitatem.

Cuius remedium est uentris astrictio:

Medicinam expellendo.

Humores retinendo ne fluant ad uentriculum.

Stringendo uenas.

Intestina claudendo ne humores recipiant. Nespilis.
Día cytonite.
Coctanis.

Ponendo patientem in balneum.

Constrictione extremitatum.

7. Medicamentum aliquando non soluit in primo, secundo, uel tertio die. Quo in affectu Auicen. post 2. uel tertium diē sanguinem mittit. quoniam, ut non purget medicina, commouet tamen humores, qui moti ad nobile aliquod membrum confluere poterant, & abscessum parare.

5. EVACUATIONIS PERFECTIO QUATUOR SIGNIS DECLARATUR.

1. Facilitate purgationis, & patiētis leuitate, quod signum est, damnosam materiam esse deiectam: ut illud, materiam quæ purgatur esse digestam.

2. Siti patientis ex membrorum inanitione, qua ex uentriculo ipsa attrahunt, &, desiccando hunc, sitim parant. Cui aliena est, Sitis ex

1. Caliditate & siccitate uentriculi.

2. Materiæ caliditate & siccitate.

3. Commotione & attractione calidorum humorū, quorum fumi os uentriculi desiccant, & calefaciunt.

3. Somni profunditate, signum est namq; mundificati corporis.

poris, quodq; medicina tani contulerit, ut uirtus sit pacata.
 4. Egestionis mutatione, ut malum est si non mutetur. hinc pituita detrahenda si fluxerit, & alius humoris deiectione sequatur, salua res est.

6. REGIMEN POST ASSUMPTIONEM

Medicinæ, habet decem regulas.

1. Assumpto medicamento dimouebit se patiens, ne superfluitates aggregentur, antea quiescet, ut tamen medicamentum rite descendat, nihil fiet nimis. Tum, qui nauseant, quiescere debent donec sedata sit nausea.

2. Si assumpta medicina debilis, aut liquida, ne uirtus eius à calo. natu. dissoluatur, superindormiendum non est. Super grossam dormicris, ut calor naturalis adauctus hæc diuidat.

3. Sumpto medicamēto, propinatur utiliter succus aliquis stypticus, qualis est maligranati, uel uuæ agrestis.

Quo modo uentriculus confortatur ne materiam aliunde recipiat, neq; uomitus accidat. Sed & proderat ante succi huius assumptionem aquam calidam propinare, quæ uentriculum à reliquijs, si quæ relictæ sunt, abluat.

4. Post exhibitam purgationem, & confortationem uentriculi, prodest uentri temperate calida imponere: alioqui traherent inuitum medicamentum, quæ sic iuuant ipsum. Quã ad rem perutile est, in calidam aquam pedes demittere, hinc enim calefcet totum corpus. Quodq; uentri commode imponitur, tegula calida est.

5. Cũ medicina incipit operari, debet patiens paulatim moueri, tum descendet medicina, & impediatur eius nocumentum. nanq; motus hic facit ad motum humorum.

6. Incepta purgatione nec edere debet patiens, nec bibere donec completa sit eius operatio, ne medicamenti uirtus impediatur. Exceptis tribus casibus:

1. Quando uentriculus est calidus & siccus, aqua calida ue

- Syr. uiol. detur, ne aucta intemperatura hæc febrem pareat.
2. Quando bilis multa ad uentriculum confluit, quæ mor-
sionem, læsionem, & corruptionem inducat. Aut putrescat
ibi relicta, ac foeteat.
 3. Cum fames accidit non mediocris, ubi propinatur panis
mica ex succo aliquo confortatiuo aromatico, ne impediatur
medicinæ attractionem.
 7. Post purgationem completam somnus iniungitur à Ga-
leno, multis inuitis, in Apho. 15. li. 4. sic: Ut medicamēto na-
tura irritatur, ita somno, & quiete confortatur.
 8. Post somnum debet parum edere patiens, quoniam, ut
est debilitas, multo poterat alimēto succumbere, & quan-
to plus purgatum est, tanto minus est edendum. Galenus
re. acut.

CIBVS AVTEM SIT SECVNDVM GENVS
purgati humoris, & patientis.

Purgato igitur plegmate, in frigida natura cibus calidus
& incilius conferet. unde calefcatur uentriculus, & reliquæ
materiæ digerantur, neq; enim purgandum exquisitè est.

Bile purgata, & uentriculo calido, utiliter datur primo la-
ctuca. At peccant qui frigidâ propinant, nisi dolor, & æstus
in iecore sit ex bilis motu.

9. Postridie quàm purgatum est, lauatur utiliter, nisi debili-
tatus patiens sit supra modum, nam reliquias digerit, & ab-
sterget quæ sunt in superficiem dispersa ex purgatione. Et
siccatum corpus, humectat rursus.

10. Die tertio Phlebotomia fiat, quia mali fumi ab humori-
bus resoluti qui humores inficiunt, euacuantur: qui si ibi re-
manerent, possent humoribus corruptionem inferre.

VOMITVS.

HIC HABENTVR, QUAE FIAN7

1. ante uomitiui exhibitionem.
2. Post uomitiui medicamenti assumptionem.

ANTE VOMITVS PROVOCATIONEM
obseruantur sex regulæ.

1. A forti uomitiuo abſtine in 5. caſibus.

1. Cum pectus ſtrictum eſt, & ſpiritualia debilia.
 2. Cum patiens accommodatus eſt ad ſanguinis ſputti.
 3. In inſolitit, ne ſubita mutatio lædat.
 4. Cralli ne uomant, propterea ne ſtrictæ uenæ rûpant.
 5. Qui ad Anginam parati ſunt, quales ſunt qui partes ad uuulam debiles habent, fortiter non uoment.
2. Antequam fortiter mouemus uomitum, diſponēdus eſt patiens leui uomitiuo, ſi per ſe non eſt accommodatus.
3. Varietas ciborum ſimul ſumpta ſingularis eſt huc iuuamenti, ſimilem nanque cibum uentriculus amplectitur, uarium exhorret. Quo faciunt pingues cibi, & uini multa potio.
4. Qui facile uult, ac leuiter uomere, ieiunus id faciat, quā quam à cibo leuius fiat. quia cibus ibi corrumpitur ab humoribus attractis, & laeſſito uentriculo unā expellitur. Sed fortis uomitus non indiget ſtimulante, niſi humoribus attractis, & ipſa medicina.

5. Vomitus eſt triplex,
fortis, mediocris, & lenis.

Fortis ab helleboro fit.

Lenis à ſemine raphani, rutæ, pulegió montano, ſemine porri, & caparum.

Mediocre dabit, ſi raphani, cum in ſolo adhuc hæret, perforetur radix, & bîduum aut triduum helleborus imponatur. odorem nanq; raphanus hic ſolum habebit, & ſecure uomitum emouebit.

6. Ante uomitum uiolentum patiens præparabitur in hūc modū . Raphanū in rotulas incide, ac pone in oxymel sim. diureticum, uel squilliticum, unde detur per triduum quotidie rotula una esus, die quarto offeres idem oxymel cum de cocto seminū raphani, cæparum, & porri.

Nec dantur uomitiua.

1. Vbi stomachi fortitudo est.
2. Vbi fames est, nil enim dimitterent membra, nisi uiolenta attractione.
3. Quando lenis est aluus, nam uomitium descēderet.
4. Insolito, & qui spiritualium debilitate laborat.
5. Cum grauis medicina est.

QVAE POST ET IN VOMITV CONFERRUNT, habent septem regulas.

1. Pilulæ ex conuolutis linis in oculorum eones religantur, ne oculi ex contētionis labore offendantur ob stomachi consortium. Auicen. 1.
2. Patiens dimoueri debet assumpto uomitio, & uomere in meridiē, quoniam hora diei calidissima.
3. Post uomitum, os, & facies abluantur aceto & aqua tepida, quibus si ex cinamomo addas quicquam, nihil erit utilius. Causis,
 1. Ut per hoc auferatur mala materia, & sapor mali fumi in ore remanentis.
 2. Quia dentibus nocet uomitus. Vnde turpibus sunt dentibus plærunq; qui uomunt crebro.
1. Quod sursum trahente medicamento nerui infestantur, & læduntur.
 2. In his qui non statim à cibo uomunt, sed interposito somno, inceptus iam coqui cibus acescit, & acore suo dentes oblædit.
4. A uomitu cibum tardius sumes, quoniã natura ex uomitu

tu non mediocriter debilitata, fatis ita non digerit.

5. Sanguinis missio differenda est à uomitu ad tres usq; dies propter eandem debilitatem.

6. Debilitatur autem uentriculus inde mirum in modum, qui postea confortandus stypticis est & aromaticis, ut uino cum cinamomo.

7. Si uomitū nimis timemus, impediri potest ligatione extremorum, emplastris stypticis, aut pedum in aquam calidam depositione.

PHLEBOTOMIA

1. Quæ prohibeant ipsam.
2. Quare conueniat, & ubi.
3. Quo morbi tempore conueniat.
4. Quibus hominibus.
5. Quid fiat ante phlebotomiam.
6. Quid in phlebotomia.
7. Quid post.

7. iubet obseruare

1. SANGVINIS MISSIONEM PROHIBENT undecim.

1. Assumpti cibi indigestio, ne ad uenas cruda attrahantur. Si itaq; uesperis multum ederis, & mane persentiscas indigestionem ex dolore, odore, & sapore, digestionem cōple priusquam sanguinem mittas.

2. Alia aliqua euacuatio, sicut mensium, aut hēmorrhoidū, nisi ad diuertendum.

3. Senectus, quia boni sanguinis parum admodum habēt, mali plurimum, sicut & conualescentes.

4. Mala uentriculi dispositio, ut cum bilis ad stomachū alii cui confluit. & qui bilioso uomitu facile laborant: nam motus humor ad consuetum facile locum conflueret, ac Syncopen induceret.

5. Virtutis debilitas . quoniam fortem euacuationem ferre non potest.

6. Actas puerilis, ante nonum scilicet annū, Gal. 11. Thera. in his nanq; annis per se resoluitur satis.

7. Corporis raritas, propter eandē causam 9. Therapeutice.

8. Temperamenti frigiditas, quæ sanguinis unde calefit, ablatione magis refrigeratur.

9. Humorū cruditas, & uitium ex uiscositate, 12. metho. Idq; dupliciter:

1. Propter humorū abundantiam, qua calor naturalis suffocatur, ubi licet, ut in principio hypofar.

2. Caloris innati debilitatem, sicut qui debili sunt temperamento, senes habent, & diuturna ægritudo, hic licet haudquaquam.

16. Quæcunq; aëris nimia intemperies, uel turbatio.

11. Corporis nimia inflammatio, & doloris uehementia, ut fit in feбри fortis inflammationis, & uehementi dolore ex apostemate.

2. MITTENDVS AVTEM SANGVIS EST
ob causas quatuor.

1. Sanguinis abundantiam. Ex cuius plenitudine malū imminet: uel adsit iam malum, istic tamen uberius: quæ causæ sunt directæ.

Indirectæ sunt, morbi & pulsus magnitudo, ac sequentes omnes.

2. Ut trahatur materia ad uiam per quam debet euacuari, hinc saphenam aperimus in mensium, & hæmor. retētionē.

3. Ut reuellatur materia ad locum contrarium, ita menses superfluentes apertione basilicæ reuocantur: quapropter Galenus in secundo acut. pleuritida sanat contraria sanguinis missione.

4. Ut aliqua materiæ portio sanguinis missione uacuetur.

Hæc

Hæc ergo plenis corporibus prodest cū abscessus paratur.

3. QVO MORBI TEMPORE SIT
mittendus sanguis.

1. In morbi principio non conuenit phlebotomia, quoniam eius exemplum à natura Medicus, qui naturæ minister est, nullum habet. Licet tamen, ubi

1. Materiæ furor est, & acumen. Auic. j.

2. Materiæ multitudo. Gale. apho. 29. lib. 2.

3. Morbi magnitudo, & acumen: sicut, in magno & doloroso abscessu, tametsi nulla subsit plenitudo.

2. Die Crisis, & motus ægritudinis: nam retraheretur materia à loco quo natura propellit, neq; ergo in Paroxyfmo.

3. In morbi, cuius Crisis longinqua est, principio non conuenit, nanq; sedes animi sanguis est, quem si auferas, nullo scilicet sustentaculo, anima intercideret.

4. Ventre sicco & constipato, phlebotomiam aufer donec lenita sit aluus. Vacuitas enim uenarum malum humorem attrahet. Ut sunt tria quæ attrahunt, calor, uacuum, & tora species, quarum hæc proprium humorem attrahit, illa subtili tantum.

5. Multa non debet fieri phlebotomia, ne senectutē ex morbo inducat, ne apostema, Epilepsiam, Paralyfin, aut frigidū alium affectum: quoniam subtracto sanguine multæ superfluitates pituitosæ generantur, unde hæc fiunt.

6. Grauidis non est extrahendus sanguis, ut nec profluentibus mensibus, nisi ad *ὀυτλωσιον*.

7. Post Colicum malum sanguis mittendus non est, ne motu humorum biliosus sanguis ad stomachum confluat, atq; inflet, non ergo post uomitum.

Alui profluuium, &

Magnas uigilias.

Breuius

Post nullū calefaciens, aut dissoluens multū, nam per phle-

botomiam æstualet magis, humores commouerētur, & debilitaretur uirtus.

4. QUIBUS HOMINIBVS CONVENIAT
sanguinis missio.

1. Hominibus delicatis, ociosis, carnosiss, quiq; cibis utuntur multum sanguinem generantibus.

2. Quibus est sanguinis abundantia, quod ex urinae spissitudine liquet, nam ex bile tenuitas est urinae.

3. In quibus abundat melancholia naturalis, perfusa in totum corpus cum sanguine, quod sanguis ab ea in iecore non mundificetur. post hanc etiam phlebotomiam potioni locus erit.

4. In quibus timetur sanguinis, & humorum ebullitio, conturbatio, & accensio propter multitudinem, confert missio sanguinis quamprimum calor percipitur. Quae ebullitio si ex Cholera sit, non cessat sed augetur ex phlebotomia, quod tunc magis moueantur humores. Sed plenitudinis signum hic erit sudor. mane potissimum, erumpens. Huius generis sunt corpora uenis amplis, & manifestis.

5. ANTE PHLEBOTOMIAM.

Qui crassis & uiscosis humoribus pleni uidentur, lauent ante Phlebotomiam pridie, quippe sanguinem hoc subtiliat & mouet.

Eandem ob rem, Syrupus acetosus utiliter aliquot diebus antea sumitur.

Eadem causa brachium fricandum eo loco est, quo debet incidere: facilius enim exeunt subtiliati humores.

Qui ex sensibilitate uentriculi debiles sunt, & quibus es solet bilis confluere, praegustare debent cibum ponticum & digestibilem, qualis est buccella panis ex succo acetoso, quod iuuare potest confortando stomachum ne recipiat, & reprimendo bilem.

6. IN PHLEBOTOMIA.

1. Magnum fiat foramen.

1. Cum sanguis grossus uacuandus est.

2. Tempore frigido, nam & hoc ingrossat sanguinem.

3. Propter humoris abundantiam, ut melius uacuetur. Paruum fiet autem, cum

1. Virtus est debilis, ut minus exspiret de spiritibus, & calore.

2. In tempore calido, eadem de causa, & quando sanguis est subtilis.

2. Si patientis debilitatem, aut Syncopē metuimus, iaceat supinus in phlebotomia.

3. Sanguinis color obseruari debet, qui si albus est stringatur ilico: nam frigidi sunt in corpore humores ob caloris naturalis inopiam.

4. Ventis obseruatio hic locum habet, qui optimus erit in æstate, si fuerit septentrionalis.

5. Tempus est electum intra primam, & tertiam diei horam quia tunc completa est digestio, & superfluitatum expulsio facta. Necessitati uero nullū nec diei, nec noctis tempus parum idoneum est.

7. POST PHLEBOTOMIAM.

1. Non fiat somnus immediate post phlebotomiam (Auicē.) ne accidat membrorum neruorum fractio.

2. Biduo post, partius sumendus cibus est. et cibo euchymo est utendum, ut ouis forbilibus, pullis, & uino bono, & grossior cibus euchymus est utilior: bibit plus autē, q̄ edat.

3. Brachium ne deligatur fortiter, sed pannis multis inuoluatur, demulceaturq; ne grauatus calefiat nimis.

4. Inflatio accidit quandoq; & apostema in brachio, tumq; mitti sanguis debet in altero brachio. Auicē: Sed Rasēs iubet facere in eodem brachio phlebotomiam super locū phle

botomatum, & materiam repercussiuus arcere.

5. Sanguis emissus obseruandus est, & iudicandus.

Dulcis bonus est ex materia.

Sapore. Amarus, biliosus.

Acris, melancholicus.

Inspidus, pituitosus.

Odore. Fœtidus ex putredine est.

Aquosus indigestus.

Colore. Albus ex pituitæ copia est, uiscosus ex adusta:

Aquosus ex non adusta.

Obscuritate quadam rubeus, id est purpureus color optimus est.

Prærubidus clarus, biliosus est. Obscurus & grossiori sanguine.

Viridis, completam adustionem significat.

Liuidus, abundantiam melancholiæ, uel spirituum mortificationem.

Alijs qualitatibus.

Spumofus, uel ex ebullitione est, uel uentositatibus.

Subtilis exit cito, crassus tardius:

Mediocris, media ratione.

Citius coagulatur grossus, subtilis tardius.

Pertusus baculo nõ acuto, qui scinditur facile, siccior est.

Qui resistit quippiam, atq; id multum, uiscosus est. Modi ce uero, mediocris.

CVCVRBITVLAE.

Admouentur

Sine Scarificatione.

Cum Scarificatione.

SINE SCARIFICATIONE CAUSIS 5.

1. Ad restinguendum, uel diuertendum, ut, cum sub mammis. adhibendis ad retinēdos menses. In hypochon. iccoris, uel

uel lienis contra profluuium narium. Ga. metho. 13.

2. Ut humores ad superficiē ex interno corpore protrahantur, quo modo interna uel dura apostemata uentofatione adhibita resoluuntur, post uniuersalem purgationem.

3. Ad dissoluendam uentositatem, sicut in Colico uentoso, quod in muliere quadam experti sumus ollis appositis, sub strato tenui lino.

4. Ad sedationem doloris uentosamus, plarunq; in Colico bilioso, pituitoso, & uentoso.

5. Per uentofationem retinetur membrum, uel reducitur ad suum locum. Vnde, cum intestina infra delabuntur, cucurbitula super uentrem apposita retinetur, ac delapsa reducitur.

CVM SCARIFICATIONE TRIPLICITER,
& habent phlebotomiæ uicem.

1. Ab uno aliquo membro uacuatur, & alio nō item, tumq; sufficit phlebotomiæ loco uentofatio. Cum phlebotomiā sit uniuersalis quædam euacuatio.

2. Virtus est debilis, aut ætas phlebotomiæ inconueniens. Rases 7. com. Ventosæ à paruis uenis trahunt sanguinem, ideo phlebotomiā minus debilitant, quæ calorē, & spiritum multitudinē simul cū sanguine à magnis uenis euacuat: quippe cucurbitula parum de calore, & spiritu euacuat.

3. Intendimus euacuare sanguinē à membris ignobilibus, & non nobilibus. Nam phlebo. uacuat à nobilibus & magnis uenis principaliter. Ventofatio, ab ignobilibus & paruis uenis quæ mēbris immixtæ sunt, & ab extra uenas. Halli in artem medicinalem.

QVIBVS LOCIS, ET CVR FIAT
uentofatio.

In commissione colli & capitis inter capitis cornua, sectæ cephalicæ uicē habet uentofatio. unde & capitis, & mēbro-

rum quæ sunt in capite, passionibus conducit, ut dentium, oculorum, & aurium, quod parcius tamen fiat, quia assuetio eius lædet memoriam.

2. Super nucham puppis, officio uenæ nigræ incisæ.
3. In coniunctione spatulæ cum collo, quod ualet ad passiones faciei, scilicet impetiginem, & fœtorem oris.
4. Super Sphondylos posita uentosa, basilicæ habet officium, & mundificat pectoris parteis. sed stomacho nocet, infertq; cordis tremorē, nisi quod pdest tremori ex repletionē.
5. Sub mento positæ cucurbitulæ faciem mundificant, impetigini conferunt, & affectis mandibulis.
6. In renibus locum habent ad inferiorū membrorū noxas
7. In feminibus, menses prouocant, & hæmorrhoidas, quæ ratio commodior est ad mensium motionem, quàm saphenę apertio. Nam fortius attrahitur à propinquiori.

QUANDO CONVENIANT.

1. Pinguibus non conueniunt: cum enim ex angustiis uenis sit trahendum, crassitudine sunt obsoletiores, & carne, quàm ut fieri istud possit.
2. In mensis principio ne admoueas, quoniã humores quieti tum sunt, ut summa cum difficultate, si modo quicquam sequitur, trahendum sit. Quod & iudicandum est de fine mensis, quoniã præfrigidum est id tempus. In medio satis est humorum, & eorum obsequentium.
3. Hora diei tertiã, nam pori tum aperiuntur propter calorem, & mouetur sanguis ad mēbra, quo fit ut facilius trahatur.
4. Post balneum non facies, nimiam sanguinis fluxionem ueritus. Nisi prægrossus sit sanguis, quem, ut ante phleboto-
miam, ita & hic per balneum subtilies.

Extrahunt autem & hīrudines sanguinē, sed cucurbitulis alius, quæ solum ex superficie attrahunt. Siqua igitur ex profundo membri alicuius trahere humores est animus, ad-
mouendæ

'mouendæ sunt sanguifugæ.

HIRVDINES.

Cutis malis quæ profundiora sunt, hîrudines accommodantur his modis.

1. Antequam apponuntur, debet locus fricari donec rubeat, & abluî aqua calida. Quinetiam, si adhærere nolunt, locus recenti sanguine debet illini.

2. Eligi debent rubeæ quæ ad iecoris colorem uergunt: habentes lineas binas rubeas, uel ad uiriditatem tendentes, capitibus paruis, longæ ac graciles, quæ degant in aqua pura. Præuæ sunt uirgulatæ, ceruleæ, quæq; degunt in aquis cænoſis.

3. Decidunt autem cum ad earum capita ponitur ſal, calx, puluis, uel cinis.

4. Si elapſis illis cruor adhuc fluit, reſtringatur puluere tegulæ recentis, gallæ, cum pauco de ſanguine draconis uulneri inſperſo.

Quibus elapſis apponitur uentofa, quæ ſanguinem ac uirus quod in uulnere ſubſtitit, extrahat.

5. Debent uero ſanguifugæ famelicæ eſſe, quod accidet, ſi diem unum in aqua ſeruemus abſq; cibo. Si longius ſeruare cupis, in eandem aquam demitte parum de ſanguine agni.

Purgato prius corpore per phlebotomiã, uel aliã, ſanant

Impetiginem,

Serpiginem,

Vulnus malum antiquum.

ENEMATA.

Clyſteria regulas habent undecim.

1. Clyſteria euacuant materiam quæ in inteſtinis eſt.

2. In Colico morbo clyſteria conferunt, uentofa potiffimum, nam expellunt & conſumunt uentos retentos in inteſtinis.

3. In renum, & membrorum nobilium passionibus ualent Enemata ut iecoris, & cordis, nam uacuat in intestinis materia ex ijs partibus in intestina delabitur.

4. Enemata fieri acuta non debent, nisi digesta sit materia, quia iecur, & cor debilitarent. Auicen. 3. de Colica.

5. Neq; injiciantur dum crudus in uentriculo cibus est, ne ad iecur is indigestus pertrahatur.

6. At nec continue injiciantur, sed quiete interposita, ne multum naturæ debilitentur.

7. Si in intestinis materiam non inueniunt, cum ultra ieiunū intestinum non ascendat, aliunde non attrahit. Galenus 7. method.

8. Non uno modo exhibentur Clysteria, pro renibus supino dantur, elatis in altum pedibus. Pro intestinis pronus accipiat, ut plenius, & facilius attrahatur.

9. Tempore calido ne dentur Enemata, sed frigidiusculo: nam poterint febrim conciliare. Et injiciuntur ante cibum, uel multo post.

10. Commotio, & ebullitio ante usum enematis prodest, nā uacuis intestinis, ad ipsa facilius attrahitur. Commouet autem balneum.

11. Intestinis, aut ano male affectis, nulla enemata injiciantur, ueluti cum sedes abscessu laborat, uel hæmorrhoidibus.

Sed fiunt Enemata.

Emollientia.

Mordificantia.

Mundificantia.

Consolidantia.

Constringentia.

Laxantia, calida, uel frigida.

Repercussiuua.

Humectatiua.

Carmi-

Carminatiua uentositatum.

GLANDES, QUAE SUPPOSITORIA, ET
Colliria nominantur.

Suppositorijs quandoq; uacuamus, quorum alia sunt le-
nia, ut quæ fiunt

Ex Gallico Sapone, aut

Axungia, additis Sale,
Melle,
Succo mercurialis.

Alia fortia, ut, cum superioribus adduntur

Scammonia,

Aloë,

Fel raurinum,

Fel porcinum.

In quem usum subegeris aliquod laxatiuum Electuariū
cum melle, uel oleo.

Et inungi semper debent oleo uiolato, aut porcino adipe.

PESSARIA.

Pessis uterum, siue matricem sanamus.

Mundando,

Mouendo, aut

Sistendo mensis.

Menses cient pessaria ex

Abrotano,

Sauina,

Rubea maiore,

Arthretica,

Nigella.

Vel accipe triferam magnam supra Theodoricon, & pa-
ra formas ad modum parui digiti. Quod si minus molle

est, addatur puluis nigellæ, quo facto, inuoluatur tenuissimo lino, & immittatur matrici.

Soluuntur quoque in oleo mustelino Electuaria, ad eundem usum.

Sistunt autem, qui facti sunt ex

Acacia.

Hypocystide.

Succo plantaginis.

Sanguine draconis.

Gallis.

Dragagan.

Gummi arabico.

BALNEA.

Balneum tria efficit.

Trahit materiam ad exteriora.

Stringit uentrem dum trahit materiam ad exteriora.

Calefacitque temperate.

Conuenit autem balneum,

Pridie quam purgatur, & tertium diem ante.

Eodem die si frigidum est tempus, & medicamentum cessat: sed non sit admodum calidum.

Postridie, ut membra medicamento defatigata, balneo confortentur: Fumi subcutanei, medicamento leuati à praua materia, diluantur.

BALNEI GENVS.

Purgato à bile uel melancholia raro corpori, conducit aquæ calidæ balneum. Nam siccatur humectat, & fumis squallidum propter raritatem facile abstergit:

Si purgauimus humidos succos & frigidos, aut corpus extenuatum non est, sed pingue carnosum, & duræ compositionis, staphæ conferunt, quia fortiores & desiccantes sunt meliores

meliores, cum corpus eiusmodi non tam humectatione indigeat, quàm siccatione.

OPIATAE MEDICINAE.

Opiata confortant, & confirmant laxationē membrorum, quæ parata medicamentis est, ac reliquam malorū humorum materiam consumunt.

Quo fit, ut triplicem incommoditatem quæ ex solutio medicamento inuehitur, hæc corrigant. Ista namque humores faciunt fluere: qui commoti poterant ad membrum aliquod debile recumbere, & parare morbum.

Aperiunt membra.

Debilitant membra.

Hæc,

Sistunt fluxum.

Stringunt membra, &

Confortant membra.

Ante opiati exhibitionem (attamē post purgationem universalem) balneū fiat, & offeratur postridie opiatū, nam fu mos hoc internos, & reliquias consumit: balneū externa, & quæ pendent in superficie.

Quòd uero ante purgationem Opiata non demus fit, ne leuillimum quodcūq; cōsumatur, & reliquū fiat contumacius.

In Apoplexia tamen ceu morbo extremo, in summum re medium, ferè, Theriacam cum uino bono tribuimus.

INTERPOLATE FEBRIENTIBVS

dantur Opiata.

1. Propter typi remotionem, si plus ex ipso mali poterit esse, quàm febrī, aut ex opiato ipso. Ac dantur in ipsa accessione.

2. Propter Paroxyfmi remotionem, cum in eo solet euenire Syncope, stupor mentis, aut cordis defectus, tum nan-

que dantur licet incrudetur materia, quia maius erat expectandum malum ex illis affectibus. Damusq; in die accessio- nis, ante horam Paroxyfmi.

3. Ad consumptionem materiæ, remanentis post euacua- tionem. Quod facimus in die interpolationis, & alijs ab his duobus calibus.

SED ET DIGERVNTVR MORBORVM

reliquiæ post purgationem, locali-
bus medicamentis, ut

Fomentis.

Balneis.

Infectionibus.

Emplastris.

Vnguentis.

Linimentis.

Instillationibus, id est Embrochis.

Epithematis.

Aphlegmantismis.

Masticationibus.

Sternutatorijs.

Actualibus.

Cauticis

Potentialibus.

Formulis lupinaribus, aut digitalibus.

Placuit autem non optimo solū cuiq; practico, sed & opti- mo cuiq; medico, ut quæ liberalissimi homines ad certos af- fectus medicamenta recte inuenerūt, utamur potius, quàm facili causa, nedum temere noua ipsi componamus. Suntq; ob id nunquam laudati satis, qui pigmetariorum primo offi- cinas instituerunt, ubi cuilibet, saltem sanabili, malo sua re- media parata inuenirentur, non, ut Plinius credidit, sua ho- mini

ni uita uenalis exponeretur. Quæ nobis causa fuit, ut medicamenta (quæ parata in officinis illis, si non omnia ubiq̃, at plæruncq̃ præstantiora, & maxime necessaria reperiuntur) sicut à quodam congesta sunt hic literarum ordine subijceremus. Atq̃ id, quoniam ingenui pudoris est, inquit ille, fateri per quos profeceris: cuiusq̃ autoris, ferè, nomine expresso.

Sed quæ in singulis literarum ordinibus prima sunt, horum autor est Ioannes Mesuicus, nam quæ Nicolai sunt, subscriptum habes, tum & quæ Magistralia.

INDEX



INDEX IN ME SVAEI, ET NICOLAI AN- TIDOTARIA.

A

Aromaticum rosatum
 Aro. rosatum Galeni
 Aro. rosa. minus
 Aromaticum muscatum
 Aromaticum Caryophyllatum
 Aromaticum Nardinum
 Athanasia magna
 Alsiracostum
 Alchelengi
 Acorus conditus
 Aqua mellis
 Acetum squyllum
 Aqua fructuum
 Ex Nicolao.
 Aurea Alexandrina
 Adrianum
 Acharistum
 Athanasia
 Alcanalon
 Antimoron
 Antidoton hæmago.

B

Bauciæ conditæ
 Ex Nicolao.
 Blanca

Benedicta

C

Confectio Alchermes
 Confectio xyloaloes.
 Confectio de musto.
 Confectio testi. uulpis
 Con. alia testi. uulpis
 Confectio de Galanga.
 Confectio de Cinamomo.
 Confectio de semi.
 Confectio de cyto.
 Cōfectio de cyto. facta cum
 succo
 Confectio de acetosis Gale.
 Confectio de prunis
 Confectio de rauedseni.
 Cōfectio Electua. de inuen.
 nostra
 Confectio de aceto. Alcanzi
 Confectio de assa
 Confectio Anacardina
 Confectio philonij
 Confectio philo. descri. ha-
 mech
 Confectio de styrace
 Confectio Electua. Alharif.
 Confectio alia Alharif.
 Con-

Confectio de dactylis
 Confectio hamech.
 Confectio alia hamech
 Confectio Alphestra
 Confectio Mannæ
 Confectio Almezereon
 Confectio Alsebran
 Confectio de Eupatorio
 Chebuli conditi
 Cotonia condita
 Citra condita
 Confectio de zinzibere
 Confectio de Iacur
 Confectio de moris
 Confectio de suc.nucum
 Conditum de Citro
 Con. aliud de Citro
 Con. de buglossa
 Conditum de citonijs
 Confe. ramich
 Cerotum Oesipi, Galeni
 Cero. Oesipi, Philagrij
 Cero. Oesipi, Pauli
 Cerotum de sandalis
 Cero. Gale. infrigidans
 Con. Alphestricon
 Cerotum dia tessaron
 Cero. Gale. stoma. confor.
 Cerotum dia pente
 Cerotum Alexandrinum
 Cerotum aliud eiusdem
 Cerotum Andromachi,
 Nicolai

Confectio Aliptæ
 Confectio Gallie
 Confectio Neræ
 Catholicon

D

Diarhodon commune
 Diacyminum bonum
 Dianisum
 Diambra
 Diacalamentum
 Diatrium peper. commune
 Diacyminum
 Diacurcuma maior
 Diacurcuma minor
 Diamorusia
 Dialacca maior
 Dialacca minor
 Diacostum
 Diasulphur
 Decoctio ca. uene.
 Decoctio su. ter.
 Decoctio alhasce
 Decoctio myrabo.
 Decoctio de stœcha.
 Decoctio de Eupato.
 Decoctio Epithy.
 Ex Nicolao.
 Diamargariton
 Diacomoron
 Diamoron
 Dianthos
 Diasatyriion
 Diaprunis

Diaprasium	Electuarium de sorbis
Diazinzibereos	Electuarium secund. quo utuntur reges
Diaolibanum	Electuarium nostrum confortans stomachum.
Diarho. abbatís	Electuarium confortans sto- machum
Diapenidion	Electuarium Alharif
Diacyminum	Electuarium aliud Alharif
Diacastoreum	Electuarium Indum maius
Diacostum	Electuarium Indum minus
Diadragagan.	Electuarium de Psilio
Diairis	Electuarium quo utebatur Gentilis
Diacalamentum	Electuarium Elecoph
Diapapauer	Electuarium rosatum
Diacodion	Electuarium diacyto. Coli.
Diasene	Emblici conditi
Diasene alterum	Elect. mira. de nucibus
Diacytonites	Emplastrum Arabicum
Dialacca	Emplastrum dia Chylon ma.
Diacurcuma	Empla. dia Chy. par.
Diahyssopum	Em. dia Chy. cuiusdam
Diagalanga	Em. de granis lau.
Dia trion pepercon	Em. sto. & he. confor.
Diamanna	Emplastrum de Gallia

E

Electuarium de aro.	Emplastrum de Gallia aliud
Electuarium	Em. rela. ad Andro.
Electuarium de granis	Emplastrum aliud Andro.
Electuarium Sarbothen.	Emplastrum Sinapismum
Electuarium de citro	Emplastrum de fermento
Electuarium de gra. myr.	Empla. filij Zachariæ
Electuarium de pomis bo.	Emplastrum diaphœnicon
Electuarium de Persicis	Empla.
Electua. quo utuntur reges	
Electuarium de fructibus	

Empla. diaphœ. Alexan.
 Emplastrum Alexandri
 Emplastrum Oribasij
 Emplastrum Oriba. aliud
 Emplastrum de meliloto

Ex Nicolao.

Esdra

Electuarium ducis

Electuarium Pliris.

Electuarium de suc. rosa.

Electuarium frigidum Co-
 phonis

Emplastrum Apostolicum

Emplastrum Psiliticum

Electuarium Ietificans

Electuarium Ietificans Gal.

Emplastrum Ceroneum

Emplastrum oxycroceum

F

Ex Nicolao.

Fllanthropos

Filonium

G

GAllia muscata

Gallia Sebellina

Gallia Alefangina

Gallia magna

Ex Nicolao.

Garyophylatum

H H Nico.

Igia græca

I

Iulep rosatum

Iulep uiolatum

Iulep aliud rosatum

Iulep aliud uiolatum

Iulep Iuiubinum

Infusio aquæ casei

Infusio de suc. her.

Infusio de hiera

Infusio alia hieræ

Ex Nicolao.

Idropicon

Iustinum

K

K Atharticum Impe.

L

L Ohoc de pino

Loch de papauere

Loch de Squilla

Loch de alfecera

Loch sanum & ex.

Loch ad caliditatem

Loch aliud nostrum

Loch ad hecticos

Loch ad Asthma

Loch de amygdalis

Ex Nicolao.

Lithontribon

M

M El rosaceum

Mel uiolatum

Melicratum conditum

Miua simplex

Miua acetosa

Miua alterius
 Miua facta ex suc fru.
 Mixtura ad uul. sanan.
 Ex Nicolao.
 Mithridatum
 Musa ænea
 Micleta
 Mel rosatum.
 N
N Nicolai
 Ephrocathar.
 O
O Xymel sim.
 Oxymel squilliticum
 Oxymel squilliticū de:
 radicibus.
 Oxymel squill. demo.
 Oleum de amygd. dul.
 Oleum de amy. amar. is
 Oleum de nucibus
 Oleum de auellanis
 Oleum de Chrysome.
 Oleum de persicis
 Oleum de ben
 Oleum de Cherua
 Oleum de Chartamo
 Oleum de nuce indica
 Oleum de cerasis
 Oleum de Almahalech
 Oleum de granis Citri.
 Oleum de fisticis
 Oleum laurinum
 Oleum de granis uiridibus:

Oleum de scinco
 Oleum de Balsamo
 Oleum de granis sifa.
 Oleum de semi. lini
 Oleum papauerinum
 Oleum de semine lactucaæ
 Oleum de semine cucur.
 Oleum rosatum
 Oleum Chamæmelinum
 Oleum uiolatum
 Oleum Anethinum
 Oleum liliacium
 Oleum Irinum
 Oleum sambucinum
 Oleum de Cheiri.
 Oleum de papauere
 Oleum de lactuca
 Oleum de Meliloto
 Oleum de Nenufare
 Oleum de cucurbita
 Oleum de Cytonijs
 Oleum Myrtinum
 Oleum de pom. rabi
 Oleum de Inula
 Oleum de Cinamo.
 Oleum de Sauina
 Oleum de Pulegio
 Oleum de Ruta
 Oleum Nardinum
 Oleum mastichinum.
 Oleum de Styrace
 Oleum Costinum
 Oleum Alcannæ.

Oleum

Oleum de Sampfuco	Pilulæ Alefanginæ
Oleum de Mezereon	Pilulæ stomachicæ
Oleum alhasech	Pi. Aggre. ex inuen. nostra
Oleum de Cucume.	Pilu. Aggre. maio.
Oleum de pomis Citran.	Pilu. de Eupato. mino.
Oleum de Croco	Pilulæ de reubar.
Oleum de piperibus	Pilulæ Alkechengi
Oleum Euforbij	Pilulæ ad febres quar.
Oleum uulpinum	Pilulæ Indæ
Oleum de serpentibus	Pilulæ Alandahal
Oleum de scorpionibus	Pilulæ de Sarcocol.
Oleum de ranis	Pilulæ foetidæ maio.
Oleum de ouis	Pilulæ foetidæ mino.
Oleum de frumento	Pilulæ de Serapino
Oleum Sinapinum	Pilulæ de Euphor.
Oleum de Iunipero	Pilulæ de Raued
Oleum fraxininum	Pilulæ de Mezereon
Oleum de gagate	Pilulæ lucis maio.
Oleum Philosophorum	Pilulæ lucis mino.
Ex Nicolao.	Pilulæ stomachicæ
Oleum rosaceum	Pilulæ stomachicæ aliæ
Oleum mandragoratum	Pilulæ stomachicæ nostræ
Oleum Chamæmelinum	Pilulæ Alanda. expertæ
Oleum frigidissimum	Pilulæ de Agarico
Opopyra magna	Pilu. quæ confe. febribus
Oxymel laxatiuum	Pilulæ diarho.
Oxymel Iulianum	Pilulæ de turbith
Oxyfacchara	Pilulæ de turbith aliæ
Oxymel	Pilulæ de lapi. lazuli
	Pilulæ de la. armeno.
	Pilulæ ad omnes catar.
	Pilulæ de Serapino
	Pilulæ de Bdellio ma.

P

Pira condita
Poma condita
Persica condita

Pilulæ de Bdel. mino.
 Pilulæ ex inuen. nostra
 Pilulæ de Coloquin.
 Pilulæ de opopanaco
 Pilulæ de hermo. maio.
 Pilulæ de hermo. mino.
 Pilulæ de hermo. ex inuen.
 nostra
 Pilulæ Scbelliæ
 Pilulæ sine custodia
 Pilulæ de fu. terræ
 Pilulæ bechicæ
 Pilulæ de benedicta
 Pilulæ de hiera Ga.
 Pilulæ aliæ de hier. sim.
 Pilu. magistra. pro regibus
 Pilulæ aliæ magistrales
 Ex Nicolao.
 Potio sancti Pauli
 Paulinum Antidotum
 Panchristum
 Picra
 Potio muscata
 Pilulæ sine quibus.
 Pilulæ aureæ
 Pilulæ diacastoreæ
 Pilulæ arthriticæ
 Pilulæ octomeræ
 Pi. probatæ contra fluxum
 Pi. de quinq; ge. myroba.
 Pilulæ Cynoglossæ
 Pilulæ ante cibum
 Pilulæ Arabicæ

Pilulæ de Elaterio
 Pilulæ Cochicæ
 Pululæ de aloë & Masti.

Q. Nico.

Q Vadrimeron.

R

R Ob de ribes
 R Rob de agresta
 R Rob de cornubus.

Rob de berberis

Rob de Sumach

Rob de moris

Rob de Cotonijs

Rob de pomis

Rob de piris

Rob de prunis

Rob de granatis

Rob de persicis

Rob acetositratis Citri.

Rob de fructibus

Rob aliud de fructibus

Rob Myrtinum

Ex Nicolao.

Rosata nouella

Rubea trochiscata

Requies magna

Rodofaccha.

Rodomel.

S

S Ecacul conditum

Syrupus de pomis

Syrupus de piris

Syrupus de persicis

Syrupus

- Syrupus de succo acetosæ
 Syrupus de succo cucurbitæ
 Syrupus de prunis
 Syrupus de granatis aceto.
 Syrupus de granat. dulcibus
 Syrupus de cortici. Citri.
 Syrupus de aceto. Citri.
 Syrupus de agreſta
 Syrupus de granis myrti.
 Syrupus Chesmes
 Syrupus de albelach
 Syrupus de papauere
 Syrupus de bifancijs
 Syrupus acetosus ſim.
 Syrupus acetosus cum radi-
 cibus
 Syrupus aceto. de ſuc. fru.
 Syrupus ace. de ſuc. herba.
 Syrupus acetosus de ſuc. &
 aquis fru.
 Syrupus ace. de Cytonijs
 Syrupus ace. de pomis
 Syrupus ace. de prunis
 Syrupus ace. de po. noſt.
 Syrupus alius ace. de pomis
 Syrupus aceto. alter
 Syrupus ace. laxa. chole.
 Syru. conferens Catarrhis
 Syrupus de Can.
 Syrupus de Portulaca
 Syrupus de uiolis
 Syrupus de Iuiubis
 Syru. de papa, ad tuſſim
 Secaniabin
 Secaniabin de radi.
 Seca. educens phle.
 Seca. ſoluens melancho.
 Seca. de Cheiſin
 Seca de Cala.
 Syrupus ace. diarhodon
 Syrupus aceto. de ſuc. her.
 & aro.
 Syrupus de mentha
 Syru. de mentha noſter
 Syrupus de abſinthio
 Syrupus de abſinthio alius
 Syrupus de ſu. ter. maior
 Syrupus de ſu. ter. minor
 Syrupus de liquiri.
 Syrupus de hylſopo
 Syrupus de praſſio
 Syrupus de calamen.
 Syrupus de thymo
 Syrupus de Eupato.
 Syrupus de Epithy.
 Syrupus de Stœcha.
 Suffuſ de ligno aloës
 Suffuſ al'yd de ligno aloës
 Suffuſ diarhodon
 Suffuſ aromatizatum
 Suffuſ bonum
 Suffuſ de gra. myrti
 Suffuſ ad tuſſim
 Ex Nicolao.
 Sotira magna
 Stomaticon frigi.

Stomaticon calidum
 Sal sacerdotale
 Syrupus rosaceus
 Syrupus uſolatus
 Syrupus contra Pleuriſin
 Syrupus contra a. fe.
 Syrupus contra omnem flu.
 Syrupus de papaue.
 Spongia ſomnifera.

T

Theriaca dia teſſaron
 Triſera Sarracenicā
 Triſera muſcata
 Triſera Galena
 Triſera mi. ex ar. ſeno.
 Triſe. mi. deſcri. cognita
 Triſera Perſica
 Trochiſci diarhodon
 Trochiſci de roſis
 Trochiſci aliſj de roſis
 Trochiſci de Camphora
 Trochiſci de Reubar.
 Trochiſci de Spodio
 Trochiſci aliſj de ſpodio
 Trochiſci de berberis
 Trochiſci aliſj de berberis
 Trochiſci de abſinthio
 Trochiſci de Eupato.
 Trochiſci de aniſo
 Trochiſci de lacca
 Tro. de ter. ſigil.
 Trochiſci Alanduhal
 Trochiſci de ſandalis

Trochiſci aliſj de ſandalis
 Trochiſci hamech
 Trochiſci de Cipro
 Trochiſci de ligno aloës
 Trochiſci de Capparibus
 Trochiſci de Charabe
 Trochiſci alchelengi.

Ex Nicolao.

Theriaca magna Ga.
 Theriaca dia teſſa.
 Triſera ſarrace.
 Triſera magna
 Trioſilon.
 Triſandali
 Theodori. Empiriſton
 Theodo. Anacardinum
 Tro: diarhodon
 Tro. diani.
 Tro. Idiocri.
 Tro. Croci magnetis
 Tro. ſquillitici
 Tro. diacoralli
 Tro. de aniſo
 Tro. de Tiro.

V

Vnguētum diaphinicon
 Vnguen. aliud diaphi.
 Vnguentum mirabile
 Vnguentum Nicodemi
 Vnguen. Ceraſe. magna
 Vnguen. Cera. paruum
 Vnguen. Arthanitæ ma.
 Vn. Artha. paruum
 Vnguen.

Vnguentum de lino
 Vnguentum Altina.
 Vnguentum rosatum
 Vnguentum uiolatum
 Vnguentum de papaue.
 Vnguentum basili.ma.
 Vnguentum basi. paruum
 Vnguentum de bdellio
 Vnguentum ua. simi.
 Vnguentum Philagrios
 Vnguentum aureum
 Vnguentum de Cerussa
 Vnguentum Syricinum
 Vnguentum Aegyptiacum
 Vnguentum Triaphar
 Vnguentum Triaphar aliud.
 Vnguentum Alsefericon
 Vn. sanans uul. anti.
 Vnguentum palmeum
 Vnguentū exper. ad scabiē
 Vnguentum aliud ad scabiē
 Vnguentum aliud magistra.
 Vnguentum ad som. prouo.
 Vnguentum in passionibus
 frigidis
 Vn. ad accensionem renum
 Vn. declinationi Ischiadis
 Vnguen. necandis uermibus
 Ex Nicolao.
 Vomitus noster

Vomitus Patriarchæ
 Vomitus ad tertianas
 Vnguentum Marciaton
 Vnguentum Aregon
 Vnguentum Agrippe
 Vnguentum Dialecthea
 Vnguentum Citrinum
 Vnguentum aureum
 Vnguentum album
 Vnguentum fuscum
 Vnguentum Populeon
 Vnguentum ad mollificandū
 Vnguentum laxatiuum
 Vnguen. contra serpiginem.

Z

Z Azenea experta
Z Zinziber conditum
Z Zaccharum rosatum
Z Zuccharum buglossa.
Z Zaccharum alchilil.

Ex Nicolao.

Zinziber conditum.

Y

Y Era picra Galeni
Y Yera Termetis
Y Yera Archi. descri. uni-
 uersal.
Y Yera Archige. descri. Pauli
Y Yera diacoloquintidos
Y Yera ex inuentione nostra.

ERRATA QVAEDAM LEVICVLA
sic restitue.

Pagina 64. uersu 16. lege tracheæ arteriæ . pauloꝝ post,
uers. 26. leg. saniationem.

Pagina 140. uers. 22. leg. & totius corporis.

Pag. 203. uers. 1. leg. Sed cum

Pag. 215. uers. ultimo leg. inuasis.

Pag. 249. uers. 31. leg. si in Syrupi, uel alius.

IMPRESSVM MGVNTIAE APVD
IVONEM SCHOEFFER AN.

M. D. XXXIIII.

29/12 46/1/17

UMF

125

